BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 C
4

5.20C.19

G

PARIDIS CRASSI

BONONIEN. OLIM APOSTOLICARVM CERIMONIARVM MAGISTRI, AC EPISCOPI PISAVREN.

DE CERIMONIIS CARDINALIVM, ET Epiſcoporum in eorum diœceſibus

LIBRI DVO.

Singulis etiam Eccleſiarum Canonicis valde neceſſarij.

Nunc primum impreſſi.



ROMAE M. D. LXIIII.

CVM PRIVILEGIO PII. IIII. PONT. MAX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARIDIS CRASSI

BONONIEN. OLIM APOSTOLICARVM
CERIMONIARVM MAGISTRI, AC
EPISCOPI PISAVREN.

DE CERIMONIIS CARDINALIVM, ET
Epiſcoporum in eorum diœceſibus

LIBRI DVO.

Singulis etiam Eccleſiarum Canonicis valde neceſſarij.

Nunc primum impreſſi.

SIC

ROMAE M. D. LXIIII.

CVM PRIVILEGIO PII. IIII. PONT. MAX.

PIVS PAPA IIII.

Motu proprio.&c. Exponi nuper no-
bis fecit dilectus filius Franciſcus Mucantius clericus,&
iuriſconſultus Romanus, ad manus ſuas perueniſſe opus
quoddam bo:me: Paridis Craſſi, olim apoſtolicarum cæremoniarum in
Cappella noſtra magiſtri,ac Epiſcopi Piſaureñ.de cæremonijs ad Car-
dinales Epiſcopos,ſeu perpetuos Eccleſiarum adminiſtratores,ſpectanti-
bus per quam utile;& neceſſarium omnibus,tam dilectis filijs noſtris,San
ctæ Rom. Eccl. Cardinalibus,q; venerabilibus fratribus Archiepiſcopis,
Epiſcopis,alijsq; Prælatis,diuina apte in ſuis Eccleſiis,& diœceſibus mi-
niſtrare uolentibus,cæteriſq; omnibus,qui ad ea miniſteria,inſtrui,edoce-
riq; cupiunt; Quod ipſe Franciſcus ad communem omnium utilitatem
ſtatuit imprimendum tradere; qua in re, non mediocres illum,& labo-
res,& ſumptus ſubire opportet; vereriq; propterea ne cum magno eius
damno,& præiuditio huiuſmodi opus ab aliquibus impreſſoribus, aut bi-
bliopolis abſq; eius licentia imprimatur: Nos eumdem Franciſcum ſpetia
libus fauoribus,& gratiis proſequi uolentes, ne eius labor, & induſtria,
quæ fructum aliis allatura eſt, ipſi uni detrimentum afferat; Motu ſimili
uniuerſis,& ſingulis utriuſq; ſexus Chriſtifidelibus,& præſertim biblio
polis,& librorum impreſſoribus, tam in alma Vrbe noſtra, & Italia,q;
extra, exiſtentibus ſub excõmunicationis late ſententiæ pœna: noſtræ,
uero,& S.R.E.temporali ditioni mediate,uel immediate ſubiectis,etiam
quingentorum ducatorum auri,& amiſſionis librorum pœnis, ipſo facto,
etiam abſq; ulla declaratione incurrẽdis toties, quoties contrauentum fue-
rit, applicandiſq; pro una parte ipſi Franciſco loco damnorum, pro alia
uero,Cameræ Apoſtolicæ; Inhibemus,& interdicimus,ne quis prædi-
ctum opus Paridis Craſſi,abſq; eiuſdem Franciſci expreſſa licentia impri

mere,

mere, uel ab aliis impreſſum uendere, aut quolibet quæſito colore, uenalem proponere, & habere audeant per annos decem poſt impreſſionem eiuſdem operis computandos, ſub prædictis pœnis, quas ex nunc, prout ex tunc, ut præfertur, applicamus. Mandantes dilectis filiis noſtris Camerario, & Vicario Vrbis, nec non Gubernatori, Senatori, Cameræ Apoſtolicæ cauſarum Auditori, & alijs Vrbis ordinariis Iudicibus: Legatis etiam, ac Vicelegatis, Gubernatoribus, & Poteſtatibus terrarum S.R.E. Bariſcellisq́; & Executoribus, earundem, ac venerabilibus fratribus noſtris ſingularum extra terras prædictas Ciuitatum Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumq́; Vicariis, ut quoties ipſius Franciſci nomine requiſiti fuerint, ei efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, præmiſſa omnia, & ſingula contra inobedientes, & contrauenientes inuiolabiliter obſeruari faciant, atq́; ad exequutionem cenſurarum, & pœnarum prædictarum, omni, & quacunq́; appellatione remota auctoritate apoſtolica procedant, & quilibet eorum procedat, inuocato, etiam, ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Quoniam autem difficile eſſet hanc noſtram cedulam originalem ad ſingula loca deferri, uolumus tranſumptis, & exemplis etiam in ipſis libris imprimendis, eandem fidem ubiq́; adhiberi, quæ præſenti originali haberetur: Et quod præſentis Motus proprii ſola ſignatura ſufficiat, & ubiq́; fidem faciat in iudicio, & extra, regula noſtra in contrarium edita non obſtan. Decernentes irritum, & inane quicquid ſecus fieri contigerit. Non obſtan. conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, priuilegiis quoq́; & indultis quibuſcunq; aliis ſuper imprimendorum librorum facultate, forſan conceſſis, & innouatis, cæteriſq; in contrarium facientibus quibuſcunq́;.

Placet Motu proprio. I.

Dat. Romę apud S. Petrũ. V. Kal. Mar. Anno Quinto.

OTHONI TRVCHSES
S. R. E. CARD. AVGVSTANO
EPISCOPO ALBANENSI.

Franciſcus Mucantius Iuriſconſultus Romanus. S. D.

NVPER ex bibliotheca, quam mihi colendæ vir memoriæ Io. Baptiſta Oſius Epiſcopus Reatinus legato reliquit, in manus incidit opus Paridis Craſſi de cęremoniis ad Cardinales Epiſcopos, ſeu perpetuos Eccleſiarum adminiſtratores ſpectantibus, in duos libros diſtinctum, quod auus meus maternus Blaſius Baronius Ceſennas, olim Apoſtolicarum cæremoniarum magiſter ab ipſo Paride acceptum, nobis reliquerat, noſq; Epiſcopo vtendũ tradideramus: illud ego cum agnoſcerem, ac ſcirem, quantum cuilibet Epiſcopo optabile, atq; adeo neceſſarium foret, tam teſtimonio aui mei, quàm ipſius Epiſcopi Reatiñ. qui eos libros à fe. me. Paulo iiij. Pont. Max. dum eſſet Cardinalis mire commendatos eſſe ſępius affirmabat, atq; ipſemet ita illos ſemper probauit, vt iam publicæ vtilitatis ſtudio, eoſdem in lucem ſtatuiſſet emittere: Motus tantorum virorum iudicio, ipſiuſq; in primis Epiſcopi Reatiñ. quem ſemper, non ſolum, quia pater mihi is erat alter, eiuſq; conſilio, atq; auctoritate nitebar, plurimi feci; verum etiam ob eius ſummam doctrinam, vitę integritatem, religionis acre ſtudium, atq; optimæ mentis conſcientiam: quæ cuiuſmodi eſſent, deſiderium ſui, quod bonis omnibus in ſacroſancto Tridentino Concilio reliquit, ipſiuſq; laudes, quæ latius per ora hominum vagantur, quàm vt oratione mea, aut

vllius amplificari poſſint: abunde declarant: vt inquam hac in re iudicio eius, ac voluntati adhærerem, ſuaſus etiam ad id nonnullorum ampliſſimorum virorum hortatu, decreui opus imprimendum tradere: cum pręſertim non eius generis ſit, quod in abdito aſſeruari vlla ratione debeat, nẽpe quod ad commodum omninm Epiſcoporum ſpectet: eòq; nunc maxime abſoluta nuper Dei opt. max. munere œcumenica Tridentina Synodo ſub feliciſſimis auſpiciis S.D.N. PII. IIII. Pont. max. & ab eodem omnium Cardinalium aſſenſu confirmata. erit.n. illud gratum omnibus non ſolum Cardinalibus, quorum gratia pręcipue compoſitum eſt, ſed Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſq; inferioribus Prælatis in ſuis Eccleſiis diuina aptè miniſtrare volentibus: namq; illius author Paris Craſſus Bononieñ. celeberrimus ſuo tempore ſacrarum cæremoniarum antiſtes, operam ſuam in eo munere per q̃ plures annos apud Iulium ii. Leonem x. alioſq; Romanos Pontifices ſummo ſtudio ac diligentia, & magna cum laude pręſtitit, ac demum ob eius merita Epiſcopus Piſaureſi. effectus eſt. Opus vero ipſum ſcripſit in gratiam Io. Stephani Ferrerij Cardinalis Eccleſiæ Bononienſis perpetui tunc adminiſtratoris, ad ipſius Bononieñ. Eccleſiæ vſum in primis accomodatum; in quo tamen minutatim, ac miro ordine cuncta recenſentur, ac diſponuntur, quæcunq; per Pontifices in eorum diœceſibus morantes circa diuinum cultum obſeruari debent: ſumpta quidem illa ex frequenti vſu cappellæ (vt vocant) Papalis, ex qua omnes exemplum ſumere debent, ita tamen diſpoſita, vt diſtincte cognoſci poſſint, quæ communes, quæ item ſummi Pontificis, quæ Cardinalium, quæ Epiſcoporum ꝓpriæ cæremoniæ ſint: atq; inde affatim omnes præcepta haurire poſſint, quibus ad ſacra miniſteria inſtruantur. Oratione quidem vſus eſt ſimplici, & nuda, ſtyli blanditias conſulto aſpernatus: nempe cum res ipſa omnem verborũ

ornatum reſpuat, nec commode ſecus explicari poſſit. Statui autem illud ſub tuo potiſſimum nomine emittere, tum quòd ille ipſe Epiſcopus Reatinus idem, vt opinor, facturus erat, cum plurimum tibi ſemper inter tui ordinis viros tribueret, eſſetq; tibi addictiſſimus: tum quòd cùm ego te unum in primis inte Principes, & Cardinales elegerim quem omni ſtudio atq; induſtria obſeruem, nihil à me proficiſci queat, quod non tuæ amplitudini, quaſi debitum per ſoluendum ſit. Accedit etiam, quòd liber eiuſmodi eſt, vt nullum magis deceat, quàm te, nempe qui cæremonias, tamquàm Deo gratas, atq; ad animos hominum in religione confirmandos, augendoſq; apprime vtiles, & perfecte teneas, & lapſas magna ex parte, exinanitaſq; uitio temporum, quantum in te eſt, erigis, atq; ut in ſua dignitate ſeruentur, ſedulo operam das: unde domus ipſa tua omnibus exemplo eſt, in qua tu egregio tuæ erga Deum pietatis documento diuina officia, ſacrificiaq; ſolemniter, ac rite quòtidie celebrari, ſuauiſſimoq; Phonaſcorum, & omnis generis Symphoniæ concentu, aliiſq; ornamentis decorari iubes. præclare. nunquàm enim aut ſuperuacua, aut nimia ea impenſa eſſe poteſt, quæ ád Dei Opt. Max. gloriam fit, quæq; ad excitandos, confouendoſq; in religione bonorum animos pertinet. Hæc quidem Otho præſtantiſſime talia ſunt, vt quamquàm alioquin eximiis uirtutibns undiquè circumfluas, generis ſcilicet, & familiæ ſplendore clariſſimus: multiplici rerum humanarum, ac diuinarum ſcientia peritiſſimus: humanitate amabiliſſimus: idem grauitate inſignis: altitudine animi, munificentia, liberalitate, nemini ſecundus: quamquàm iſta inquam eiuſmodi ſint, atq; ita vbiuis gentium nota, ut nemo poſſit in his laudandis, prædicandiſq; non parcus eſſe: illa tamen longe te altius extollunt, diuinumq; prope hominem reddunt:

ac quaſi ſplendidiſſimæ luces inter minora lumina conſpiciuntur. Itaq; exibit in lucem liber ſub tuo præclariſſimo nomine, ex quo illi nõ mediocris laudis cumulus accedet, ac fiet procul dubio illuſtrior: Ex me autem accipies hoc interim obſeruantiæ in te meæ argumentum; donec efficaciora præbendi in dies (uti ſpero) facultas detur. Vale.

Ne grauetur Lector, ſi qua inter legendum offenderint, ad indicem erratorum extremo operi adiectum recurrere.

PARIDIS CRASSI DE CERIMONIIS CARDINALIVM ET EPISCOPORVM IN EORVM DIOECESIBVS.

Liber Primus.

AD REVERENDISS. IN CHRISTO Patrem D. Io. Stephanum tit. SS. Sergij, & Bacchi S. R. E. Presbiterum Cardinalem Epiſcopum, ſeu perpetuum Eccl. Bononieñ. adminiſtratorem.

PARIDIS CRASSI CANONICI BONONIEN. *Sacrarum Cerimoniarum Magiſtri. In ſuos libros de Cerimonijs ad Cardinales Epiſcopos ſpectantibus. Præfatio.*

PRISCI mortalium rectores Pater reuerendiſs. præclaram meo iudicio, ac propè diuinam ſententiã habuere: qui cum rerum naturam ingenti ſtudio diligentiaq; perquirerent, nihil accuratius, nihilq; (vt ita dixerim) beatius inſtituiſſe videntur, quã vt populi, populorumq; Præſides ex pontificum ſcíẽtia, ſacros ritus, ſolemneſq; cerimonias cognoſcerent; & cognitas obſeruarent: hac prę cipue (vt opinor) ratione compulſi; ꝙ nulla res effi-

cacius humanum genus moderatur; quam Religio. Namq; vbi ſemel religionem qualemcunq; profiteri ceperit gentium multitudo: melius ſuis ſacerdotiſius, quàm ſuis imperaroribus paret. Hinc multifariam, multiſq; modis, olim diuerſi populi, diuerſos ſacrificandi ritus perquiſiuere; atq; ita perquiſiuere; vt tot pene extiterint Deorum Latriæ, & ſacrificia; quot populi, & commertia. Et vt ſuperſtitioſam Aegyptum, aliaſq; conſimilis ſectę nationes pręter mittam; quæ vſq; ad faſtidium in tradendis ſacris moroſæ fuerunt; pręterq; Hebræorũ volumina, quibus non Iſis, nec Oſiris, nec Anubis; ſed ipſe verus atq; omnipotens Deus, per miniſterium Moſeos leges dedit: profectò rituum cerimonialium plena ſunt omnia. Quid.n. aliud ſonant Leuitici? quidq; etiam Numeri? & omnis ferè Pentatheucus? niſi ſacrificãdi cultum, & libaminum normas; quæ etiam, vt ipſe legiſti à Lactãtio primũ, deinde ab Herodoto, Diodoro, & Apuleio in vltimo Metamorphoſeos; alijſq; luculentis ſcriptoribus noſtram Chriſti fidem nondum profeſſis plene recẽſentur. Quid vero de Romanis dixero? quibus tanta non religionis, ſed vanæ ſuperſtionis cura fuit, vt iuxta Valerij teſtimoniũ pro imperio augendo, cuſtodiendoq;, nunquam ab exactiſſimo cerimoniarum cultu, remotos oculos habuerint: quin & Vrbem Romam tamdiu tutam, incolumenq; ſunt arbitrati; quoad Martis cerimonias non deſererent. Ideo ipſum ſummæ maieſtatis decus ſacris cerimonijs famulari nõ

dubitauere;

dubitauere; quippe arbitrati ſunt pontificuli illi ſacrorum cenſores: quos ætas noſtra forte (ſicut cõiicio) magiſtros cerimoniarum appellat; iuſtis, caſtiſq; cerimonijs demonſtrari diuinam maieſtatem humano genere ampliorem, auguſtioremq; fore; & ſubinde reuerẽtiã, ac timorẽ ſuperũ, his fieri longe maiorẽ. Verũ vbi Saturno tenebroſa in tartara miſſo; apparuit gratia Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti erudiens nos in religioſis, ſalutaribuſq; cerimonijs; tunc primum Apoſtoli, & Diſcipuli eius; ac deinde ſancti patres catholicæ, & apoſtolicę fidei cultores: immo vos ipſi lucidiſſimi cardines orbis; cęleſtiſq; aulæ milites, & clariſſima mundi lumina; quibus veram diuinitatem noſſe datũ eſt; adeo aptas; adeo veras; adeo myſticas cerimonias; tum per diuinæ maieſtatis oracula; tum etiam per Sanctorum patrum reuelationes inſtituiſtis; vt ſolæ veſtrę piæ; ſolę veſtrę religioſę; ſolę veſtrę purę ſint, & diuinæ puritati conuenientes. Cęterarum vero gentium immundæ, impurę, & inhumanæ; ac plerunq; feroçientes, & ſanguinariæ ſicut illæ, quæ Sanguine placarunt ventos, & virgine cęſa: & ſicut aliæ, quibus apud Cyprũ humana hoſtia Ioui immolabatur, & quibus Taurica gens peregrinos hoſpites Dianę victimabat: Aut dum Iupiter humano principum ſanguine propitiabatur; dumq; Carthaginiẽſes ducentos quotannis filios nobiliſſimos igne concrematos Saturno offerebant. Et cum idem Saturnus in Latio eodem genere ſacrificij colebatur: nõ qui

dem vt homines ad aram immolarentur: ſed vt in Tybrim de Miluio ponte deiicerentur: & cum in matris Deum ſacrificio cultores ipſi proprijs virilibus amputatis litabant: Item in Bellonae propitiationibus ſacerdotes de ſuorū humerorum proprio ſanguine ſacrificabant: dumq; Cereris Eleuſinæ ſacra ardentium thedarum mutuis in facies iactationibus celebrabantur: Inſuper apud Lampſacū Helleſponti oppidum aſellus cęteris membroſior Deę Veſtæ mactabatur: Præterea apud Lindum Rhodi Herculis ſacra conuitijs, & execrationibus celebrabantur: & plerę alíæ portentoſæ, ridiculę, & monſtruoſę, quas ſi in præſenti ennumerem, numero cedet harena meo. Sane quemadmodum rerum omnium ad orthodoxam religionem pertinentium vna apoſtolica ſedes imperatrix eſt, longe, lateq; diffuſa, ſic & in cerimoniarum actionibus reliquos populos antecedit, & inſtruit, omnes manifeſte errare demonſtrans: qui ab illa quoquo modo diſcordāt. Hanc ob rem amplitudo tua, quæ ſuam eccleſiam Bonoñ. pluribus in rebus ornauit, plurimis (Deo dante) ornatura; videns eam optimum ornamentū, ſcilicet cerimonias ſacras Ro. Eccl. cuius tu honorabile membrum exiſtis, non omnino habere quas profiteatur; mihi, qui ex apoſtolica benignitate, immo tua ope, operaq; ipſarum cerimoniarum miniſterio ſum (tametſi indigne) præfectus: demandauit: vt pontificale officium rei diuinæ conueniēs per proprios ritus explicarem; quibus tu in tua Bo

nonieñ. Eccleſia, ipſaq; in te, & propter te Bonoñ. Eccleſia deinceps vteretur: omni antiquo velut obſoleto cerimoniarum more poſthabito, quo in preſenti occupata eſt. Ego vero munus ab amplitudine tua iniunctum non modo obedienter, vt par eſt; verum & libenter obire deſiderans: quippe quem tuę largitatis vbertas canonicum ibidem vltro creauit, honorauit, exaltauit; hæc pauca qualiacunq; erunt in capitulis centum diſtincta, tum ex ipſis ſacrorum codicibus, & pontificum annalibus, maiorumq; decretis, tum ex quotidiano vſu cappellę Papalis non ocioſe quidem, ſed properanter excerpſi. Namq; vt ipſe vides non verborum oratione compoſita, nec plauſu populari lenocinante: qui vt diuus inquit Hieronimus ſolet imperitorum aures decipere, atq; palpare; ſed pedeſtri ſermone alioquin compendioſo annotaui; in quibus ſanè centum annotationibus á te ſupplex in primis peto; æquo animo feras, ſi minus ſatisfeci; feci .n. quod potui, vt non ingratus haberer. Verum tu, cui nulla pars huiuſmodi diſciplinę obſcura eſt; quemq; diuinorum, humanorumq; dogmatũ vndecunq; aſſertorem diſertum, & in ſacris, prophaniſq; hiſtorijs, preſertim ſacro ſanctis cerimonijs, non ſolum magiſtrum, ac vatem conſultiſſimum: ſed velut illarum parentem omnes veneramur, & colimus: poteris facilè in meę imbecillitatis ſupplemẽtum, atq; in perpetuam tuę Bononieñ. eccleſię vtilitatem emendare. Quod enixe obteſtor, & oro, vt poſſint quoq;

Pontificales cerimoniæ de illuſtri eruditione tua gloriari;non minus tibi debentes;quam de pruden ti,&generoſo conſilio tuo,omnis ſacroſanctus Car dinalium ſenatus tibi plurimum debere fatetur.

DE CERIMONIARVM INVENTIONE, *& cauſa uſus illarum.* Cap. I.

IESV CHRISTI nomine,ac numine pari ter inuocato,ſine quo nec ſciri quicquam poteſt,nec doceri. Ego Paris Craſſus Bo nonien. Apoſtolicarum cerimoniarum magiſter indignus;ſuſcepta declarandę cerimoniarum diſci plinę cura; quę ſacris celebritatibus per Reueren diſſimos Cardinales in eorum eccleſiis; tam ex lege ſcripta;quam approbata cõſuetudine adhibentur: neceſſarium exiſtimaui, quantum ingenij mei me diocritas tulerit,inde exordium mei operis aſſume re;vnde mea videtur exorta profeſſio: Sic itaq; prę ſentem de cerimonijs tractatum inchoaturus,pri mum cõminiſtros meos,& lectores(quibus tamen iſta non diſplicent)admoneo,vt nequaquam exiſti ment me arbitrarias, confictaſq; cerimonias, ſicut non nullos curioſos ſtulta perſuaſione murmurarę deprehendi;ſed legitimas,& ſacroſanctas, ac imita biles me eis offerre; quas apoſtolica ſedes iamdiu inſtitutas in preſenti profitetur,& ſeruat. Namq; ſanctę memorię Innocentius Pontifex Max. eius no minis Tertius,in noſtra profeſſione doctor illuſtris cum

cum in diuerſis libris a ſe compoſitis; omnes ſui ſęculi autores, vicerit; in eo, quem de ſacrorum rituū expoſitione conſcripſit, etiam ſemetipſum ſuperauit, non minus fideliter, & ornate: quam ſubtiliter, & argute ſingula miſſæ pontificalis myſteria interpretatus. Cumq; de ac arte diſſereret: Omnis inquit cerimonia, quę potiſſime ad cęleſtē clemētiam nobis propitiandam inuenta eſt: pręter id, quod eſt ars reuelata diuinitus: etiam iure ſcripto, ac ſumma ratione per patres noſtros in initio adoleſcentis Eccleſię cęleſti quodam numine afflatos decreta eſt: ſcilicet, vt noſcamus quo ritu, quoue ſacrificio Deū coli oporteat. Id enim eſt humani operis offitium in eoq; ſolo ſumma rerum, & omnis vitę beatę ratio cōſiſtit: quandoquidem propterea creati, & inſpirati ſumus ab eo, vt ipſum debitis; piiſq; veneremur obſequijs. Nihil enim ęque ſingularis, & ſancta illa maieſtas ab homine deſiderat, ac ſinceram adorationem per ritus ſacros exhibendam. Porro quis dubitet in omni diuinæ maieſtatis cultu, nihil eſſe pulchrius, magnificētiuſq;, ac ſpectabilius quam ordinem. & reuerentiam: ac rerum omnium congrue diſpoſitionis ornatum: quę ſi in theatrali ſpectaculo; in acie militari; in claſſe parata iubentur regulariſſime ſeruari; quanto magis cerimoniarum cenſura, quę miſterijs imbuta moralibus, & diuinis plena ſacramentis, ac in ſolo ſacrarum rerum ordine, & ratione cum Sanctorum patrum conſilio intelligentiaq;, & auctoritate conſiſtit; diuinis non

adhi

adhibeatur miſterijs? ſi quidem actus ipſe cerimo-nialis, quid eſt aliud, quam vel honor ab homini-bus Deo, vel hominibus propter Deum exhibitus? Nam queſo quamobrem Romanos Pont. ipſumq; Sanctiſſimum D. N. Iulium Secundum Pont. Max. in preſenti glorioſe ſedentem, tantopere ſupplices veneramur? niſi quod Ieſu Chriſti Dei, & Saluatoris noſtri vices, & poteſtatem gerit in terris? Aut quare ampliſſimos Cardinales, reliquoſq; Reuerēdos Antiſtites, Rom. Eccleſię Prelatos honoramus? niſi quia in Apoſtolorum, & Diſcipulorum eiuſdem Dei locum ſuffecti creduntur, & in partem ſollicitudinis euocati, vt coadiutores Chriſti Vicarij: qui vocatus eſt in plenitudinē poteſtatis? Non tamen vſq; adeo negare auſim, veteres illos ſacrorum conditores aliter ab initio ſolemnes hos ritus iſtituiſſe: quam noſtra ætas profiteatur, & obſeruet. Quod in omnium fere diſciplinarum ampliatione variari videmus. Itaq; multiplicata in dies deuotione; etiam cerimoniæ multiplicatæ; & ſalua rerum ſubſtantia reformatę fuerunt: quæ etiam noſtro quoq; tempore tā pro rei ſacræ reuerentia, quam pro apoſtolicę ſedis ornamento, ac ſacri Senatus auctoritate cum ordinum, ac temporum, & locorum omnium ratione penſata: prout cuiuſq; merito, & vſui, rationiq; conuenit ornantur: & ſucceſſiue mirum in modum ampliantur; nō quidem, vt priſcis aduerſentur inſtitutis: quia nimirum plura reperiuntur apud veteres, quæ nobis probanda ſunt: quam quę repudianda;
ſed

ſed vt temporibus, ac locis, & actibus in dies emer/gentibus magis accomodentur. Non itaq; Cerimo/nias noſtras, vt arbitrarias, aut temere confictas re/pudient maliuoli, ſi qui ſunt: verum, ut ſacras, & re/rum ſacrarum ſacris vſibus conuenientiſſime dica/tas omni cura, ſtudioq; reuerenter ſuſcipiant; & pro/fiteantur. Quia profecto nos mortale genus præci/cipue ad propriam diuinæ maieſtati venerationem tribuendam, ipſamq; piis ſupplicationibus excolē/dam, ac ad honorem hominibus a Deo prælectis impendendum inducunt. Statum etiam vtriuſq; profeſſionis Principum maxime exornant; rudes in/ſtruunt; diſcholos compeſcunt; & quicquid diuini/tatis, humanitatiſq;, & honoris, ac honeſtatis eſt in/dicant, & demonſtrant. Hæc autem omnia quo/modo exercēda, qualiterue inſtituenda ſint; noſter hic præſens tractatulus explicabit. Quare poſtre/mo eoſdem comminiſtros meos, & lectores; quibus lucubrationes iſtæ deſudant; ne labor noſter, & eo/rum ſtudium pereat: repetita præfatione commo/neo, vt quæcunq; hic à me explicabuntur: non ea quidem ex meo ipſius arbitrio præſumpta: nec à me temere effutita tanquām in illis ipſe me arro/ganter docuerim: ſed de ipſo aquarum viuentium fonte, ideſt diuinis cerimonialium dogmatum iu/ribus, deq; frequentiſſima Papalium actionum ob/ſeruatione, ac præſentis ætatis vſu, & patrū dogma/tiſtarum relatione excerpta ſciant. Verumtamen ſi qua forte pro huius operis abſolutione ſuper ad/

denda videbũtur id, vt libuerit cuiq; per me liceat. Non enim cuncta, & vniuerſa præcepta; quę vaſtitas huius ſcientiæ continet; ſed multa me dicturum polliceor. Namq; ſicut periti prodiderũt in vno homine ſcientia perfecta eſſe nõ poteſt, nec ars, aut diſciplina vlla ſingulari ingenio conſummari. Quod ſi corrigere potius placuerit: libere quiſq; id per me poſſit: dummodo qui nos correxerit, potius corrector benignus ſit emendando, quàm latrator inuidus detrahendo.

DE MAGISTRI CERIMONIARVM DEPVtatione, & cura, ac diſciplina illius. Cap. II.

CONSEQVENTER inter operis primordia Magiſtri Cerimoniarum deputatio locetur; quandoquidem, & ipſe principatum in omniillarum expeditione ſortitur. Itaq; Cardinalis Epiſcopus noſter vnum duntaxat ex domeſticis cappellanis in miniſterio Eccleſiaſtico, & cerimonialibus actionibus aptum, docilemq;, & expertũ, ac in ſacerdotio conſtitutum: nec non corpore robuſtum eliget; quem ſuis cerimoniis quaſi antiſtitem, ducemq;, ac rectorem omnium pro re diuina rite, recteq; peragenda preficiet. Verum quoniam in omni negotio principiũ eſt ſcire, cur id fit, quod fieri oportet; ideo qui cerimonias excercere voluerit, ante omnia ſcientiam artis ſuæ: necnon vſum, & experientiam, quæ duo in artibus dominantur,

non

non modo habeat,ſed etiam calleat,vt poſſit, & noſcat ſumma cum intelligentia,ac moderamine omnia,quę inſtant,docte,rationabiliterq; operari: nec non ſtrenue,& expedite,ac eleganter exequi: ita vt non ſolũ quæ, ipſe tamq̃ dux, peragenda imperet: ſed quęcunq; alij:velut cõmilitones exequuntur irreprehenſibilia ſint. Hic aũt in veſtitu,& totius corporis habitu cõmendabilis: citra venuſtatẽ, cęteris pſtet omnibus. Item cum cappellanis, & comminiſtris;alijsq;, quorum opera vſurus eſt, ſiue æqualibus,ſiue ſubiectis comiter agat:facilemq; potius,& benignum ſeſe omnibus præbeat;quàm auſterum, aut imperioſum: niſi cum maxime opus fuerit. Is porro perſuaſiſſimũ habere debet,vt aliqua celebritate ordinaria,ſiue caſuali occurrente,vnde opus ſit aliqua materiali opatione,aut manuali,alioquin leui:non ipſe tantum operam illam,aut fabricam fieri iubeat,& ordinet:verum etiam ipſemet ſuis manibus operetur,& fabricet,nec cuiquam credat id fideliter agendum fore, neq; vnquam ab opera deſiſtat,aut recedat: niſi ante diem (nũquã vero in ipſa die)qua celebrandum erit perfectam, abſolutamq; illam præſens viderit, ſcienſq; probauerit: ut altaris, & abaci ornatum; tribunæq;,ac ſedis pontificalis paramẽta;item magiſtratuũ ſubſellia, ac nobilitatis diuerticula,in ſua nouerit congruitate diſpoſita,ac deniq; miniſtrorum negotia,& canonicorum munia,celebrantiumq; myſteria, ac totius celebrationis utenſilia,tam generatim, quam ſpeciatim in

ter,quã eleganter ſcriptum reliquit his verbis.Quiſ
quis autem deſtinabitur huic cerimoniarum diſci
plinæ ſit oportet in corpore robuſtiſſimus, in arte
ſcientiſſimus;in mentis promptitudine circumſpe-
ctiſſimus;vt pro omnibus laboret, de omnibus ra-
tiocinetur, & omnibus per omnia ſatisfaciat: ita re-
gulariter ſeſe in ſuis expeditionibus gerens,vt quę
cunq; fecerit,fieriuè docuerit,exemplaria ſint:quo-
niam ſicut nihil ſine doctore, & exemplo diſcitur,
ita nihil,ſine vſu,& experientia docetur.

DE SILENTIO, ET ATTENTIONE OMNI-
um,& moderatione celebrantis,& miniſtrorum. Cap. III.

PROXIMVM huic documentum eſto, & ſumme neceſſarium,vt tam à Clero,quã à populo præſente; mirum, & quodam-modo venerabile; ne dicam pertinax ſilentiũ in omni re diuina intra chorum obſeruetur: vbi ſolum à cantoribus circa ſuam pſalmodiam, & miſſarũ ſolemnes cantus intentis; omnis ipſe cho-rus ſacris modulationibus, & canticis ſpiritalibus; ac dulcibus melodijs impleatur: Quoniam religio in colloquio eſſe non poteſt, dum ſacra fiunt: & Apoſtolus: obſeruate,inquit ſancta ſilẽtia;tanquã ſanctæ contemplationis cauſſam;ſcientes, ꝙ in orationibus,& contemplationibus,non in verbis,quę vix ſine peccato proferri poſſunt, dominus haberi poteſt. Immo nemo ſit interim, qui librum ali-

quem

quem, nec Breuiarium quidem habeant apertum, vt exinde ſuas orationes profiteantur; aut horas canonicas, tunc ſiue ſedentes, ſiue ſtantes, aut genuflexi recitẽt: neq; qui ad legile, ſiue pulpitum aliquid lecturi accedant; non qui epiſtolas, neq; documenta, nec aliquod ſcripturarum genus; nec etiam aliquas orationes diuinas interea legant: ſed nec qui obſtrepẽtes cum cachinno, & riſu; aut ſtrepitu, motuq; apparẽti obloquantur: nec qui non ſolum dormientes ſtertant: ſed ne quidem ſemiſoporati videantur: verum omnes quantum reuerẽtius, attentiuſque poſſunt, ac deuotius verbo Dei, & in Eccleſia Dei; vbi propterea conuenerunt: tunc pręciſe, ac quodammodo auidi inſtare credantur, & inſtent; audiẽtes miſſas, veſperas, & alias horas, ac oratiões ſacras: quæ à ſuo Pontifice illo tempore pro peccatis populi offeruntur Altiſſimo. Si quis autem tunc ibi orare, vel ſuum offitium ex libro profiteri voluerit: admoneatur modeſte vt in priuato loco id agat: quia Apoſtolico admonemur edicto, vt debeamus in Eccleſijs manentes nihil, niſi Chriſtum Ieſum, & præcepta eius ſalutaria, cum iucunda quiete ſentire. Inſuper omnes actus, qui in ipſa, & pro ipſa celebratione, tam à Cardinali, quàm miniſtris fient, placide, modeſteq;, ac reuerenter: ſolo Cerimoniario non per ſignum modo: ſed per nutum: perq; ſolum ſi ſufficit intuitum, ideſt per ſignum aliquod leue ſingula monſtrante fiant; ita vt nemo quid acturus ſit, quærat tunc clamando; aut deſiſtat ſcandalizando;

do;nemo diſcurrat: nulluſq; ſit tumultus; ac nulla quantacunq; leuis altercatio: ſed omnia ante tempus ita, & taliter præuideantur, & inſtruantur etiã cum exhibitione ſchedulæ cerimonialis, in qua omnia notata, & vniuerſa ſigillatim per ſeriem ordinata ſint: vt in ipſo actu omnis decor, & reuerentia quoad eius fieri poſſit interueniat.

DE NVMERO, ET QVALITATE MINIſtrorum Card. celebrantis, ac ordine, & loco ſingulorum. Cap. IIII.

REVERENDISSIMVS Dñs Cardinalis quotiens celebrat, quindecim miniſtros habeat ex conſuetudine, & pontificali tolerantia: videlicet primo aſſiſtẽtem, qui eſſe poterit Vicarius eius: dummodo non Suffraganeus; nec Prælatus apoſtolicus, ſed ſacerdos ſit: & in ſacerdotalibus expertus: ſin autem alium ex ſenioribus canonicis habeat: tum Diaconum, & Subdiaconum; nec non nouem cappellanos ſuperpellitijs indutos: habitu tamen, & tonſura irreprehenſibiles: non regulares: nec aliqua corporali nota deformes: neq; aliqua Eccleſiaſtica cenſura famoſos. Ex quibus non numerando Diaconum; nec Subdiaconum miniſtros, Primum locum tenet presbiter aſſiſtens: qui etiam in pleriſq; eſt ſupra Diaconum, & ſubdiaconum. Secundum de baculo paſtorali ſeruiens. Tertium de mitra. Quartum de libro: Quintum de thuribulo, & nauicula. Sextum de gremiali.

li. Septimum de ampullis. & reliquos duos de lu-
minaribus ſeruituri. Quorum ordo, & præeminen-
tia erit iuxta ordinem litteræ huiuſmodi: & hi quã
do ſedendum erit: in terra ſedebunt, nõ vtiq; genu-
flectentes: ſed omnino ſedentes per lineam in ſini-
ſtra celebrantis: dum autem ſtandum erit: ipſi ſtan
tes erunt ibidem: & dignior eorũ erit apud caput &
humeros celebrantis; vltimus vero magis ante faciẽ
eiuſdem ad longum: ſed Diaconus, & Subdiaconus
erunt ſedentes, vel ad latera hinc inde celebrantis:
poſt tamen ipſum modico ſpatio ſuper duobus ſca
bellis paulominus altis, ſicut Faldiſtorium: & Dia-
conus erit ad dextram verſus altare, Subdiaconus
vero ad ſiniſtrã: vel ſi magis placet, iſti ambo erunt
ſedentes ſimul ad dextram celebrantis ſuper gradi-
bus altaris: quantumcunq; renibus illi verſis: cum
quibus aſſiſtens ẽt ſedebit ſuper gradibus eisdem,
modicum poſt terga celebrantis: vertens tamen fa-
ciem, ſicut ipſe celebrans. Et ſi aliquod ſcamnum li
gneum ordinarium pro canonicorum celebran-
tium ſeſſione poſitum, adhærens tribunæ ibi eſt;
omnino amoueatur, quotieſcunq; ibidem fit miſ-
ſa pontificalis, non per Cardinalem ſolum: ſed etiã
per quemuis Prælatum, pro quo Faldiſtoriũ poni
debeat. Inſuper habeat tres: aut quattuor: (vt infra
dicetur) ſcutiferos de nobilioribus, modeſtioribuſ
què ſuæ familiæ, æque notabiles, & circunſpectos:
qui abaci domini cuſtodes, & miniſtri lotionis ma-
nuum erunt, vt infra dicetur: Et quoniã omnes præ
dictos

dictos ſingulos ſingula munia ſubire oportet: & non eſt vna ſimul omnium operatio:Ideo hic infra breuiter dicendum eſt de ſingulis. Et primo de officio Diaconi.

DE OFFICIO DIACONI IN MISSA
Epiſcopi Cardinalis Bononieñ. Cap. V.

DIACONVS Euangelij,priuſquam celebraturum paret,paratus,vt infra, ſtat ad dextram celebrantis:& qñ induit eum;oſculãda offert amictũ:crucem pectoralẽ: & crucem:quæ eſt in medio ſtolæ,& nõ alia: ac priuſquam chyrothecam dextrę manus offerat: oſculatur manum, & chyrothecam,& ſimiliter poſiturus annulum, ipſam manum, & annulum oſculetur. Aſtet rectus ad celebrantis parati dextram: modicum retro eum,quouſq; ipſe celebrans ſe mouet,iturus ad confeſſionem: quem medium facit cum Aſſiſtente, deſcendendo ad confeſſionem: quę tamen dũ fit, ipſe Diaconus ſtat ad eius dextram:vt infra, manibus iunctis: & illis ſemper à principio miſſæ vſq; ad finem retentis extra dalmaticam: non autẽ ſub illa:vt quidam ſuperſtitioſi faciunt. Tum cum eodem celebrante aſcendente ad altare:ipſe vadit: & firmat ſe ad eius dextram: facta prius genuflexione ante altare. Antequàm per celebrantem incenſetur altare, capiat thuribulum à Cerimoniario, & illud ei offerat cum oſculis &c. & ſuſtineat manum,

& manicas celebrantis,dum incenſatio fit. Deinde ipſe celebrantem cum mitra per alium poſita facta prius ei inclinatione incenſat ter thuribulum ducens:deinde ſimiliter inclinat:poſtea depoſito thuribulo ſuſtinens celebrantis dextram,eum ducit ad Faldiſtorium:vbi deponit illi mitram: tum ſtat modicum retro apud eius dextram: cum quo ſimul dicit introitum. Deinde celebranti ſedenti imponit biretum,& mitram pręcioſam:& ſic ipſe ſedet, vt infra, donec ſit tempus cantandi, *Gloria in excelſis*: quo cantato,ipſe cum celebrante proſequitur:tum ſedẽti,eidem vt ſupra imponit biretum,& mitram leuẽ, & ſedet.Quotiens autem celebrans debet ſurgere: totiens ipſe prius ſurgens deponit ſupradicta,ac reponit,cum opus eſt. Dicta per Subdiaconum epiſtola: ſi altare eſt diſtans,ſurgit citius, & anticipat tempus,poſiturus librum Euãgeliorum ſuper altari,& vt in tempore adſit, nauiculam miniſtraturus pro incenſo,quod ſic faciat.Nam ſi tunc vtitur planeta: vadit prius retro altare,vel ad angulum, abaci, & ibi exuit planetam adiuuante Cerimoniario; & illam planetam plicatam; vel aliam ad id paratã ponit ſuper humerum ſiniſtrũ ſuper ſtolam: ſicut eſt ſtola: ſi autem eſt indutus dalmatica, eam non exuit:ſed accepto libro ante pectus,manibus infra illum poſitis,vadit ſolus: & primo ante celebrantẽ facit inclinationem ſupradictam: tum ante mediũ altaris verſus ad legatũ ſimiliter, vt ſupra, inclinat; Deinde verſus ad altare genuflectit; accedenſq; ad

illud

illud:imponit in eius medio librum genuflexus ni
hil dicendo: tum deſcendit per gradus anteriores
ante celebrantem, cui miniſtrat nauiculam pro in
cenſo: inde ad altare iterum reuertitur, vbi genufle
xus dicit tacite. *Munda cor meum &c.* inde accipit librũ
& reuertitur vt prius cum reuerentijs ſolitis ad cele
brantem: & genuflexus ante eum dicit, *Iube Domne be
nedicere*: & accepta benedictione, ipſe ſibi librũ por
tans, ſequitur poſt ſubdiaconum, ita ꝙ ſit vltimus:
ſed in miſſis pro defunctis ſit primus, & ſic vadit ad
locum lectionis euangelicæ: poſitoq; libro in mani
bus Subdiaconi: vel ſuper pulpito; cãtat iunctis ma
nibus videlicet. *Dominus uobiſcum*, & cum dicit *Sequentia*:
vel *Initium*, &c. ſignat cum pollice dextrę manus, pri
mo textum Euangelij; deinde ſeipſum in fronte, in
ore, & pectore: & cum chorus reſpondet, *Gloria tibi Do
mine*; ipſe accipiens thuribulum à Cerimoniario in
cenſat ducens ter thuribulum: videlicet primo ſe
mel librum in eius medio: ſecundo candelabrum
à dextris, & tertio candelabrum à ſiniſtris: ita cito,
& modeſte id faciens: vt continuet Euangelium im
mediate poſt reſponſionem chori. Interim ſi nomi
nat nomen IESV humiliat caput: non autẽ ſi *Chriſti*
ſolum: ſi vero *Mariæ* etiam parum mouet caput. Si au
tem integra aliqua clauſula eſſet cantanda reuerẽ
ter: tunc illam cum genuflexione: nihil de tempore
prætermittendo ſed genuflectendo cantat: vt eſt,
Verbum caro factum eſt. Item, *Et procidentes adorauerunt eum.* Fi
nito euangelio: factiſq; reuerentijs altari, & legato

præſenti reuertitur ad celebrantem ſine libro. Subdiaconus.n.illum portat oſculandum ad celebrantem:quo oſculato:ipſe accepto thuribulo,incenſat celebrantem,ter ducens thuribulum.Finito ſermone, ſi ille fit: ipſe præcedente Cerimoniario vadit ante celebrantem, vbi ſtans capite humiliato dicit confeſſionem totam cum diſciplina, quæ infra ponitur,in capitulo de confeſſione intra miſſam cantãda &c. Tum finita confeſſione facit profundam inclinationem,& firmat ſe apud ipſum celebrantem. Symbolo lecto:poſtquam poſuerit celebranti biretum,& mitram,ſedet, vt alij vſq; quò Chorus cantauerit verſiculum videlicet, *Et homo factus eſt*: quo cantato,ſurgit,& capit de manibus Cerimoniarij burſam cum corporalibus ex abaco ſumptam, quã vſq; ad oculos eleuatam cum reuerentijs prædictis portat ſolus ad altare:vbi extracta corporalia extendit ante crucem ſuper altari,& burſa ad partem euangelij repoſita:ipſe ad locum ſuum reuerſus ſedet. Finito per Chorum ſymbolo,ſurgens celebranti extrahit leuem mitram,& lecto offertorio ſedenti ei mitram precioſam ponit;tum annulum pontificalem è dito, & chyrotecas è manibus aufert pro manuum lotione:quę dum fit, ipſe cum Cerimoniario hinc inde ſtando miniſtrat mappã: & illo loto, reponit annulum in digito eodem ſine chyrotecis; Tum ſtãs ad celebrantis ſiniſtram, quam ſuſtinet, ipſum ducit cum reuerentijs ſolitis ad altare:quod cum celebrans oſculatur:ipſe vadit ad eius dexteram, & genuflectit;

nuflectit:tum ſtans ſeruiet, vt in ordinario: videlicet Subdiacono portanti calicem cum patena, hoſtia, & palla: ipſe deſuper patenam eleuatam cum hoſtia capiens, porrigit celebranti cum oſculo: vt ſupra, & interim calicem tergit, & vinum imponit quantum placet celebranti. Deinde poſtquam celebrans benedixerit aquam: & ſubdiaconus eam in calice poſuerit: ipſe offert calicem celebranti: vt ſupra, & ſimul cum eo offerente dicit orationem videlicet. *Offerimus tibi Domine &c.* & cooperit cum palla: quo facto patenam dat Subdiacono: tum nauiculã pro incenſo miniſtrat dicens, *Iube Domne benedicere.* & cum celebrans incenſat: ipſe eius manicam vna manu, & calicem altera, vel modicum retrahit, vel ſuſtinet: ne forte calix percuſſus cadat. Incenſato altari, accipiens thuribulum de manu celebrantis, ipſũ à Cerimoniario mitratum incenſat. Deinde præcedente Cerimoniario vadit ad Legatum, & incenſat ipſũ, & omnes de cappella: ſicut eũ cerimoniarius diriget: vt ſuo capitulo dicetur. Finita incẽſatione: dato thuribulo eidem Cerimoniario: ipſe ab eo incenſatur, & ſic firmat ſe poſt celebrantem. Finita præfatione aſcendit ad dextram celebrantis: cum quo ſine vlla percuſſione pectoris dicit *Sanctus* &c. inde redit ad locum ſuum: vt cũ celebrans vult ſignare hoſtiam, & calicem, ipſe adſit eleuans manicas: & celebrante eleuante hoſtiam: ipſe nequaquam incenſat ſacramentum; ſed ſolum planetam retro ſiniſtra manu eleuat; dextra vero celebrantis manũ

adiuuat,

adiuuat. Similiter poſtquam celebrans repoſuerit hoſtiam:ac genuflexerit,& nõ prius,calicem diſcooperit ante conſecrationem:& poſt eleuationem illum cooperit,interim adiuuans ſuſtinendo planetam,& manum:vt in eleuatione hoſtiæ fecit.In fine *Pater noſter*, aduenienti Subdiacono cum patena cooperta, ipſe ſtãs in cornu epiſtolæ:eam velo diſcooperit,diſcoopertamq; offert celebranti cum oſculo manus: expectatq; ibidem donec remouerit pallã de calice:tum ad locum redit, & dicto per celebrantem *Pax Domini*,ipſe aſcendit;& cum eo dicit ter *Agnus Dei*,totiens percutiens pectus: niſi ſit miſſa pro defunctis,quia non percutit: quo dicto vadit ad ſiniſtram eius,& capit,ac tenet librum: ſicut tenebat aſſiſtens;cuius vices ipſe exequitur, donec aſſiſtens; diſtributa pace reuerſus ad altare fuerit.Interim ipſe monſtrat digito,quæ ſunt per celebrantem dicẽda:detegit calicem:infundit vinum ſolum pro purificatione:& librum cum puluino ad cornu epiſtolę portat.Tum ſi planeta vtitur; ſtatim libro portato dum Cerimoniarius ponit biretum,& mitram celebranti; ipſe in eodem loco; vbi prius depoſuerat planetam reſumit:vel ſi non vtitur planeta,tunc ipſe depoſito libro,ponit biretum,& mitram celebrãti,ac mappam tenet pro lotione manuum: tum mitra rurſus depoſita,vadit poſt celebrantẽ infra gradus:vbi in tempore verſus ad populum dicit.*Ite miſſa eſt*,vel pro temporis exigentia verſus ad altare,*Benedicamus Domino* aut *Requieſcant in pace*. Et ſi celebrans ſit bedicturus

dicturus cum mitra: vt infra ſuo capitulo dicemus; ipſe eam ponit: tum manet in loco ſuo genuflexus; donec ſit data benedictio: inde ſurgens ibidem expectat, ſtãs, donec publicauerit, ſi alioquin debebit publicare indulgentias latino ſermone. Quo facto ducit celebrãtem, ſtans ad eius dextram, vſq; ad faldiſtorium, & adiuuat illum ſpoliãtem: & dato oſculo ſuper manu, extrahit annulum: vel vt placet.

DE OFFICIO SVBDIACONI *Cap.* VI.

SVBDIACONVS paratus ſtans à ſiniſtris celebraturi in omnibus facit; ſicut Diaconus, quo ad ipſum celebrantem parãdum: & idem accepto celebrantis manipulo intra librum euangeliorum: quem ipſe portat ante celebrantem, vadens ad confeſſionem faciendam; pro qua ipſe ſtat ad ſiniſtram celebrantis; & illi dicturo verſiculum videlicet, *Deus tu conuerſus, &c.* imponit manipulum cum oſculo manipuli, & manus; Deinde oſculato per celebrantem altari, ipſe ſtans continue ad eius ſiniſtram, ideſt, in cornu euangelij, librum euangeliorum apertum in eo folio, vbi eſt textus euangelij, offert ei oſculandum ſemper; preterquam in miſſis pro defunctis; quia tunc non oſculatur librum. Circa incenſationẽ adiuuat hinc; ſicut Diaconus inde. Et ſimiliter circa lectionem introitus, hymni angelici; & circa impoſitionem, & depoſitionem gremialis. Dum celebrans ſtat apud Faldiſtorium,

diſtorium, vel apud altare, ipſe nõ collateralis Dia-cono ſtat: vt in multis locis fit; ſed poſt eum; ita vt ambo ſint non ęqualiter bini, ſed ſinguli; videlicet vnus poſt alium; & ſic manens, non tenet manus ſub tunicella coopertas: ſicut regulares faciũt, vt de Diacono dixi. Dum orationis, ideſt collectæ vnicę, vel ex multis vltimæ concluſio dicitur, ideſt. *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* in verbo *Ieſum Chriſtum* incli-natione ſimul cum celebrãte, ante ipſum celebrãte facta; ipſe ſibi librũ portãs, vadit ſimul cũ Cerimo-niario ſolo præcedente ad lectionem ſuæ epiſtolæ, & factis cum Cerimoniario reuerentijs altari, & Le-gato ſi præſens eſt: verſa facie ad altare ante cornu epiſtolę: ac tenẽs ſibi librum eleuatum vſq; ad ocu-los, cantat ſuam epiſtolam: in qua ſi nomen *Ieſu Chriſti* profert: caput omnino inclinat: non autem in ver bo *Chriſti* ſolum: ſicut pro Euangelio dictum eſt. Quod ſi planeta vtitur: (vtitur autem quotiens dia conus: niſi in ſabbato ſancto, vt infra in capitulo de parandis Diacono, & Subdiacono dicetur) tunc paulò citius apud abacum, vel retro altare deponit planetã, & ſic manens in alba, ideſt camiſo p Ceri-moniarum ab omni parte decenter compoſito: va-dit, & cãtat, vt ſupra. Cantata epiſtola; ipſe clauſo li bro: ac factis ſolitis reuerentijs: pręcedente Cerimo niario, reuertitur ad celebrantem, vbi genuflexus oſculatur eius manum dextram porrectam ſuper li bro clauſo. In Miſſa vero pro defunctis, epiſtola cã tata non genuflectit ante celebrantem, cum libro

in manu; nec manum celebrantis oſculatur: tum ac
cepta planeta ſi ea vtitur; tenet ſolus librum miſſa-
lem ante celebrantem legentem, & demum ſedet
vt prius apud Diaconum. Ad lectionem Euangelij
comitetur Diaconum, ante quem pręcedit ſine li-
bro, & poſtea in loco lectionis, capit librum à Dia-
cono, & tenet librum apertum ſtans facie ad fa-
ciem eius, inter duos ceroferarios, manibus infra li-
brum poſitis: ita vt ſuperior pars libri mentũ ſuum
attingat. Inter legendum Euangelium, ſi Diaconus
genuflectit, aut caput inclinat, ipſe nõ genuflectat:
ſed omnino immobilis perſtet; tanquam ſi eſſet le
gile marmoreum, maxime, vt non turbet folium,
nec viſum cantantis. Euangelio finito, ipſe tenens
librum apertum facit ſolum reuerentiam conſuetã
altari, & eum ſic apertum in folio, vbi eſt principiũ
textus Euangelij cantati, oſculandũ celebranti Car
dinali, vel Legato portat, cui priuſquã librũ offerat,
ipſe non genuflectit: ſed libro exoſculato, illũ clau
dit, & ante celebrantem, ac Legatũ reuerentias tunc
facit, & non prius. Si vero miſſa eſt pro defunctis
ipſe non penultimus ad Euangelium cantandum
ſicut ſupra, ſed ſecundus, ideſt poſt Diaconum va
dit, & eo finito, non portat librum apertum oſcu-
landũ Legato: neq; celebranti, ſed illo ibi tunc clau
ſo, & factis reuerentijs ibi, quibus debentur; reuerti
tur ad celebrantem ſimpliciter, & librum dat cleri-
cis. lecto offertorio illico vadit ad abacum: vbi velo
ſuper humeris eius extenſo, capit dextra manu cali

cem cum patena: hoſtia, palla; & purificatorio: quæ omnia ſimul extremitate ipſius veli coopta: manu ſiniſtra leuiter appoſita, ne cadat aliquid, ſequente ſe cappellano cum ampullis plenis; ac celebrāte ad altare præcedente, portat ad cornu epiſtolę: vbi prę dicta ſuo tempore, & pręſertim ampullam vini Diacono offert; & poſito per Diaconum in calicem vino, ipſe capiēs de manu cappellani ampullā aquæ, eam Legato, ſeu Cardinali celebranti pretendit inclinatus, dicēs mediocri voce *Benedicite pater Reuerendiſſ.* quam benedictam ipſe in calicem ponit. Si autem miſſa eſſet pro defunctis, aqua neq; per Legatum, neq; per celebrantem benedicitur, ſed abſolute ponitur in calicem; licet Innocētius Papa Tertius, qui fuit magiſter cerimoniarum, quiq; ſcripſit myſteria miſſę expreſſe dicat, aquam non niſi per Epiſcopum poni debere, & reddit bonā cauſſam: ſed hodie ſeruatur, vt ipſe Epiſcopus ſolum benedicat: nō ponens aquam in calicem. Cooperto per Diaconū cum palla calice: ipſe ſtans, dextra capit patenam à Diacono ſtante, quam extremitate eiuſdem veli ab eodem coopertam portat cum reuerentijs ad locum conſuetum: videlicet, Legato, vel Cardinali non celebrante pręſente, extra gradus presbiterij, & ibi ſtet: Legato autem, vel Cardinali abſente, tūc firmet ſe in loco præsbiterij poſt Diaconū, & nunquā de ſuo ſtatu ſe moueat: niſi cum eleuatur ſacramentum: quia tunc genuflectit: quo eleuato mox ſurgit, Et quando dicitur per celebrātem, *Pater noſter:*

in verſu: *Sicut & nos dimittimus*: ipſe cum reuerentijs reuertitur ad altare: habens patenam ſemper velo coopertam, & ſtans rectus in cornu epiſtolæ, patenã diſcooperiendam Diacono ſtanti offert: ac remoto per Cerimoniarium ex humeris velo, ad ſuum locũ reuertitur. Si autem miſſa eſt pro defunctis: quia patenam non tenet: ſtat poſt Diaconum: ſed cum eleuatur ſacramentum in miſſa pro defunctis: ipſe incenſat illud, & nõ alios, poſtea ſtat in loco ſuo vſq; ad *Agnus Dei*, quod cum celebrante dicturus, aſcendit ad eius ſiniſtram. Tum Aſſiſtente daturo oſculũ pacis per chorum: quia Diaconus ſupplet vices Aſſiſtentis; ipſe ſtat ad dextram celebrantis, diſcoopeiens calicem in tempore, & alia faciens, donec celebrans cõmunionem fecerit, tũc vadit ad cornu epiſtolę vbi accepta ampulla, ponit de vino in calicem pro purificatione: qua facta dum celebrans lauat, ipſe tergit calicem, & plicat corporalia cum palla, & purificatorio; quæ omnia ad abacum reportat cum reuerentijs: tum redit ad locũ ſuum, vbi ſtat vſq; in finem miſſæ, & deniq; comitatur celebrantem: quem exuit cum Diacono.

DE OFFICIO PRIMI CAPPELLANI *præsbiteri aſsiſtentis.* Cap. VII.

Ex nouem Cappellanis ſupradictis, primus erit ille, qui dicit pręsbiter aſſiſtens: cuius pręcipua cura eſt, antequã ad miſſam pro

cedatur diligenter ipſam miſſam in domo ſæpius, ac continue cum celebraturo præſtudere, & bene obſeruare omnes actus; in quibus fortaſſis ipſe celebraturus auxilio egeat, vel titubet, aut neſciat ſiue vacillet: vt poſtea eidẽ apud altare ſacrificãti in talibus actibus ſubueniat cito, placide, ac modeſte memorando voce: geſtu, & actu, quæ oportuerit, & prout viderit opus faciendum. Hic etiam ante diem miſſę debet ſibi barbam, & coronam tonderi feciſſe: quoniã eſt Magiſtratibus, & alijs, Primoribus daturus oſculũ pacis facie ad faciem. Deinde in die miſſæ Cardinali pſalmos lecturo: ipſe indutus ſuperpellicio capit, & tenet librum pſalmorum detecto capite genuflexus ad eius ſiniſtram: ne ſit ipſe propior altari quam Cardinalis, & legit ſecum alternatim omnes pſalmos cõſuetos videlicet. *Quam dilecta, &c.* ipſo Domino inchoante: & ſi Dominus vtitur ocularibus, ipſe aſſiſtens ea capit, & tenet miniſtrans, dum opus eſt: ſimiliter, & naſitergium, ſiue ſudariolum preſentat opportune. Item lectis pſalmis, ſurgente Domino verſa facie ad altare, lecturo verſiculos, & orationes paramẽtorum, vt opus erit, & prout infra dicetur; etiam ipſe ſurgit ſtans è conuerſo, & tenens librum ante faciem Domini, renibus ad altare verſis. Deinde veſtito celebraturo, ipſe illico, & non prius, induit ſe pluuiali; ſtanteq; Domino, & ex libro aliquid cãtante, ſemper ad eius dextram ſtare debet, librum continue manu tangens, ac ſingula cũ digito oſtendens.

Cum

Cum verò celebrãs ſedet, ſimiliter, & ipſe cum Diaſcono, & Subdiacono in vltimo gradu modicũ poſt, & apud ipſum ſedet, & ſi miniſtri ad latera Cardinalis hinc inde ſedent, ipſe ſolus ſedebit vt ſupra: apud altare vero ſtante celebrãte, & ipſe ſtat in cornu Euangelij: ad quod poſtquam ipſe celebrans in faldiſtorio legerit offertorium, ipſe præuenit cum libro, & puluino hoc modo. Nam prius capit librũ miſſalem ante pectus: & ſuper eo ab extra puluinum: Tum præcedente Cerimoniario, facta reuerentia ante Cardinalem celebrantem, mox verſus ad Legatum, inde ad altare: in medio eius genuflectit, & ſic vadit ad dictum cornu Euangelij: vbi ſtrato puluino ſuperponit librum apertum, ac inuenit dicenda videlicet, *Suſcipe Sancte pater omnipotens æterne Deus hanc immaculatam hoſtiam*: quo facto retrahit ſe ad poſterius cornu prędictum: vbi expectat celebrantem: cui aduenienti facta reuerentia aſſiſtit apud librum, & digito oſtendit dicenda. Cum autem incenſatur altare, ipſe ſe ad poſterius cornu prædictum retrahens, expectat finem incenſationis: ne illam impediat, & continue dicit verſiculos memoriter videlicet. *Dirigatur Dñe, &c.* ita alte, ut celebrans poſſit audire verſiculos dum altare incenſat, & ſecum dicens reuertitur ad librum, à quo nunq̃ diſcedit; niſi ad *Agnus Dei*: vbi cõtinue, & ſemper ſtat: niſi in conſecratione ſacramenti: donec illud eleuatur. Igitur ad *Agnus Dei*, ipſe aſſiſtens dicit cum celebrante *Agnus Dei*, & dans locum ſuum Diacono, qui

interim

interim aſſiſtere debet pro eo; recedit, & tranſiens ante altare facit reuerentiam vſq; ad terram, & firmat ſe genuflexum ad dextram celebrantis: & eo altare oſculante, etiam ipſe illud ſimul oſculatur: tum ſurgens oſculatur celebrantis faciem in maxilla ſiniſtra; cui dicenti. *Pax tecum*, ipſe reſpondet *Et cum ſpiritu tuo*. Deinde ducitur ad Legatum, ſi adeſt: ante quem primo caput profunde cum humeris inclinat, tum dat oſculum in ſiniſtra maxilla eiuſdem dicens, *Pax tecum*, & ille reſpondet: *Et cum ſpiritu tuo*, & modicum retrogreſſus, vt prius inclinat. Deinde vadit ad alios, ad quos per Cerimoniarium ducitur, prout in capitulo de pace danda infra ſuo loco dicetur; ſemper obſeruans ipſum Cerimoniarium, vt inclinationes, & genuflexiones, ſicut per illum monſtrabuntur exequatur: in fine dat oſculum eidem Cerimoniario, & ſic reuertitur ad ſuam aſſiſtentiam cum reuerentijs altari, & Legato. Poſt hæc facta purificatione, ipſe portat librum ad cornu epiſtolæ: niſi prius Diaconus portauerit; vbi firmus oſtendit cum digito cantanda; & ſic perficit officiũ ſuum; nam data per celebrãtem benedictione, ipſe primo exutus pluuiali ſuo, dominum exuit cum lectione pſalmi, ac verſiculorum, & orationum, vt in ordinario.

DE OFFICIO SECVNDI CAPPELLANI *baculum paſtoralem miniſtrantis*. Cap. VIII.

OMISSA quęſtione antiqua, vtrum Epiſcopus ſuffraganeus, pręſente ſuo Archiepiſcopo metropolitano; ita debeat omittere uſum baculi paſtoralis, quod eſt inſigne Epiſcopale, ſicut Archiepiſcopus uſum crucis; quod eſt Archiepiſcopale priuilegium, omittit pręſente Cardinali Legato apoſtolico; omiſſis quoq; his, quæ in antiquo cerimoniali dicuntur; quoniã noſtro tempore in uſu non ſunt; obſeruentur quæcunq; de ipſo baculo in nouo ordinario pontificali dicta ſunt; ſed ſpecialius hæc, videlicet ꝙ ſemper ante Cardinalem Epiſcopum pontificaliter paratũ, & non aliter; ſiue longius, ſiue propius proceſſurũ, deferatur ipſe baculus paſtoralis per aliquem manſionarium, aut dictum cappellanum; eius enim officium honorabile eſt; qui præter Aſſiſtentem, & canonicos miniſtros, ante omnes cappellanos celebrantis præcedit tamquam dignior. Hunc autem oportet eſſe cotta, & pluuiali, uel planeta indutũ; niſi ſit miſſa pro defunctis, quia non ſolum tunc ille non induitur pluuiali; ſed nec habendus eſt, baculus; alioquin ſemper, & ubiq; habendus eſt, quotiens Cardinalis Epiſcopus pontificaliter paratus, non modo à loco ad locum procedit, ut à ſacriſtia ad altare; ſed etiam quotiens à faldiſtorio ad altare, ac etiam tam à cornu epiſtolæ ad medium altaris uadit, quàm ab eodem ad aliud cornu Euangelij: atq; inde reuertitur. Dum uero in veſperis dicitur canticum Magnificat, ac etiam dum dicitur in

miſſa

miſſa Euangelium;& cum ex mandato ipſius Cardinalis Epiſcopi celebrantis tunc realiter parati fit aliqua ad populum monitio, vel etiam ſi ipſemet facit monitionem, aut ſermonem; aut cum poſt ſermonem a ſe, uel ab alio coram ſe ſimiliter celebrante factum ipſe lecturus eſt confeſſionem; & in fine miſſæ dicturus, *In principio erat uerbum*; ac generaliter quotiens eſt daturus benedictionem ſolemnem cum mitra; ſemper ipſe dum producit ſignum crucis; & non prius; accipit, & tenet vſq; ad finitam benedictionem baculum manu ſiniſtra, & dextra benedicit; & generaliter ſemper, & totiens baculo utitur, quotiens mitra. Nam mitra, & baculus in Epiſcopis correlatiua ſunt; præterquam pro defunctis. Sciat autem miniſter baculi, q̃ a lituo arcuato prædicti baculi, nullus debet pendere panniculus; qui ſi alligatur, inferius alligetur, & non ideo alligatur, ut aliquod myſticum figuret: ſed quia honeſtius eſt, & reuerentius agitur, ſi ipſe miniſter illum manu non tangat, etiam ſi ſit ſacerdos, ſicut etiam facit cappellanus de mitra: quam non niſi panno manibus obuoluto tenere debet. Cum uero Cardinalis Epiſcopus baculum manu capit, nudum omnino, & ſine pãniculo capit, prius oſculatũ ab ipſo miniſtro porrigente.

De officio tertii cappellani, *mitram miniſtrantis*. Cap. IX.

Tertius

TERTIVS cappellanus eſt de mitra ſeruiẽs ex cuius collo hincinde æqualiter pen- deat mappa ſericea longa, cum qua capit mitram, non autem nudis manibus; & dũ illam tenet, habet infulas verſus ſe; & dum recipit, redditq; Diacono illam impoſituro; id facit quantũ poteſt commode: & ſurgente, & ſtante domino, illi eo adhęret tergo eius capturus, vel daturus mitram Diacono; prout opus erit. Curet autem, vt poſt can- tatum hymnum angelicum, ideſt *Gloria in excelſis*, ſe- denti Domino, ipſe adſit cum mitra leuiori, & ſim- plici: Nã grauaretur celebrans, ſi auriphrygiata cõti- nue vteretur, niſi ſecus placeret. Igitur offerat leuio- rem, repoſita alia pręcioſa, & grauiori ſuper abaco: ita vt vittę pendeãt ex illa. Leuiori vtitur vſq; ad fini- tum *Credo* &c. Deinde lecto offertorio, cum ſederit, auriphrygiata vtit̃, vſq; ad finẽ miſſę: lauatoq; poſt oblationẽ celebrante apud altare; ipſe auriphrygia- tam reponit ſuper altari in cornu epiſtolę; infulis ex illo pendentibus. Demum poſt cantatum *Ite miſſa eſt*, & dictum *Placeat* &c. mitram offert Diacono, & il- le celebranti, qui cum illa dat benedictionem, & cũ ea reuertitur ad faldiſtorium ſuum: niſi ſacramen- tum eſſet ſuper altari: quia tũc ſine mitra datur be- nedictio: ſed in veſperis incepto primo pſalmo; de- poſita ſuper altari in cornu epiſtolæ pręcioſa, leuẽ offert: niſi aliter placeat. Tum incepta antiphona cantici, ideſt, *Magnificat*, illa depoſita vbi ſupra, pręcioſam miniſtrat.

E

DE OFFICIO QVARTI CAPPELLANI *librum miniſtrantis.* Cap. X.

QVARTVS Cappellanus de libro ſeruiens, in primis curet, vt ſignaculum habeat in loco libri diſpoſitum in folio, ex quo cele-brans legere, ſeu cantare debet; & illud bene proui-deat, ne cũ tempus erit, oporteat cum ſcandalo vo-luere, & reuoluere folia diuerſa. Ipſe librum tenens ſtare debet inter altare, & faldiſtorium, ita vt renes de directo vertat cruci ſuper altari poſitæ; librum autem extollat, & deprimat, pro ſtatura celebrãtis; communiter tamen vſq; ad frontem incluſiue, & illi adhęrentem, ambabus manibus nudis in inferiori parte libri poſitis ſuſtineat, & aduertat, ne ſe loco moueat, neq; vnquam genuflectat; etiam ſi ipſemet celebrans, vel Legatus, & magiſtratus, & omnes ge-nuflecterent: neq; forſan errante celebrante, ipſe er-rorem detegat, vel indicet, aut reprehendat; ſed in ſtatu ſuo maneat immobilis, velut ſi marmoreum legile eſſet; cuius inſtar figuratur. Et cum vadit ad celebrantem cum libro aperto; nullam penitus ei-dem inclinationem, aut reuerentiam faciat; ſed fini-to cantu, ipſe clauſo libro recedens facit ſuam reue-rentiam. Recedit autem finitis omnibus orationi-bus, & concluſionibus, ante reſponſum, *Amen.* Item poſt lectum introitum, ac hymnum angelicum, & ſymbolum, & offertorium; & non prius.

De

DE OFFICIO QVINTI CAPPELLANI *thuribulum, & nauiculam miniſtrantis.* Cap. XI.

QVINTVS Cappellanus de thuribulo: & nauicula incenſi ſeruiens, debet eſſe aliquantulum fortis, & robuſtus: quoniam ipſum thuribulũ graue eſſe ſolet, & nauicula nõ leuis; quæ duo ſimul neceſſe eſt, vt teneat æqualiter, eleuatis manibus: videlicet thuribulum dextra, & ſiniſtra nauiculã clauſã. Pro quibus tenẽdis primo infigit pollicẽ dextræ manus in annulũ magnũ extremæ catenulæ, & aliã catenã, quę cooptoriũ thuribuli eleuat, minimo eiuſdẽ manus digito teneat ſtricte eleuatã; ita ꝙ thuribulũ ſit quaſi per duos digitos aptũ, vt fumus ſpirare poſſit; ne ignis extiguatur. Deinde clauſę nauiculę pedẽ ſiniſtra capiat; Ne aũt ipſemet ignę poſſit aliquo caſu ſuũ ſuppelliciũ cõburere; Cerimoniarius extremitates manicarũ ſuppellicij eius r̃flectat circa bracchia decẽter, admonens eũ, ut quãto remotius põt, à ſe ipſo manũ thuribuli amoueat, & bracchia ęquali ſpatio ꝓtrahat: Cũ aũt vadit ad locũ Euangelij cãtãdi, primus poſt Cerimoniariũ ante ceroferarios, cũ eis ęqualiter genuflectat, ac ſurgat, & firmet ſe ad latus dextrũ Diaconi, ẽt ſi renes altari vertat; & in tẽpore det, & accipiat thuribulũ à Cerimoniario, ſicut ille petit, & dũ dicit̃ totũ Euãgeliũ, ſit vel poſt cãtãtẽ, vel ad aliam partẽ cõmode verſus ad illũ, & cõtinue thuribulũ leuiter moueat; nõ ideo; vt ĩcẽſet̃ cãtãs; ſed ne ignis

extinguatur;& finito cantu, non amplius incenſat liber;ſed factis reuerentijs altari, & legato,redit ad locum ſuum,vt venit;& ibi dat thuribulum Diacono; qui incenſat Epiſcopum celebrantem ſolum; & non Legatum;vt infra.

DE OFFICIO SEXTI CAPPELLANI *gremiale miniſtrantis.* Cap. XII.

Sextvs Cappellanus de gremiali ſeruiens ſurrecturo Dño, priuſquã mitra tollatur;gremiale à Subdiacono de gremio dñi ſũptum,accipiat reuerenter, & cũ oſculo ipſius, & illud plicatum teneat ambabus manibus pendens ante pectus ſuum; & cum illud dat Subdiacono,aut capit ab eodem; ſemper, & totiens cum oſculo id faciat: & deniq; lotis celebrantis manibus, poſt lectum offertorium, illud ſuper abaco reponit;quia amplius illo non erit opus. In veſperis,& aliis officiis,& in proceſſionibus,gremiali nunquam vtimur,& niſi cum planeta.

DE OFFICIO SEPTIMI CAPPELLANI *ampullas miniſtrantis.* Cap. XIII.

Hic ſeptimus Cappellanus parum habet laboris,& operę;quia ſolum debet ſequi Subdiaconum poſt lectum offertorium, ab abaco ad altare euntem;portans duas ampullas, vini

vini in dextra, & aquę in ſiniſtra manibus, ſuperpellicio tectis: tum eas ampullas dat eidem Subdiacono petenti; & ſimiliter receptas reportet ad abacũ ſimpliciter. Item poſt communionem, vnam tantũ ampullam, ſcilicet, vini pro purificatione, eo modo ſimpliciter ad altare portet; quã det Diacono; & ſimili modo reportet ad abacum: Nunquam tamen vinum, vel aquam in ampullis prædictis à credentiarijs capit portãdas ad altare: niſi prius, & expreſſe viderit factam fuiſſe credentiam: ideſt prægustationem vini, & aquæ; quia ipſe ſimiliter de vtroq; apud altare facturus ẽ prægustationẽ videte Card.

DE DVOBVS CAPPELLANIS CANdelabra miniſtrantibus. Cap. XIIII.

DVO Cappellani ſeruiẽtes de candelabris dum Euangelium, ſiue orationes pro veſperis, aut etiam pro tertiarum hora cantãtur: in ſtatura, quantum poteſt conueniant; ne vnus nimis oblongus, alter è contrario breuis: ſed vt omnino ſint in altitudine eorum luminaria ęqualia: cumq; capturi ſunt candelabra, capiant quidem dextra nodum, qui in medio manubrij eſſe ſolet; & ſiniſtra pedem eiuſdem, manibus diſcoopertis. Admoneanturq; facturi reuerentias tam in eundo, quàm in ſtando, & redeũdo, vt ęqualiter, & ſimul, ac eodem contextu faciant illas; & non vnus poſt alium; cumq; ſe ipſos firmabũt pro

illuminatione Euangelij, ambo ponant Subdiaconum in medio eorum; & ſint hinc inde faciebus ad Diaconum pariter verſis, ſicut ipſe Subdiaconus eſt, .i. ante faciem Diaconi, & hoc in quocunq; loco Euangelium cantetur. Finito Euangelio ſimiliter faciunt, vt prius reuerentiam, primo altari; deinde Legato; & Diaconum præcedētes ad ſua loca reuertuntur; dantes eadem candelabra eis, a quibus hauerant; Et ſi inter legendum Euangelium Diaconus genuflectit, vt in Circumciſione, & in Natiuitate Dñi noſtri IESV CHRISTI, aut alias; ipſi non genuflectant; ſed immobiles ſtent cum Subdiacono ſimiliter immobili: quoniam hi duo tanquam marmorea candelabra; & Subdiaconus tanquam aureum pulpitum immobile figuratur.

DE OFFICIO CAPPELLANI INTIMANTIS *hymnum angelicum, ac ſymbolum in miſſa, & antiphonas in ueſperis; necnon de ordine cantantium ipſas, & de diſciplina intimandi.* Cap. XV.

PRAETER nouē Cappellanos miniſtros prædictos; etiam alius eſt Cappellanus ſiue Manſionarius choralis, à prædictis diſtinctus; qui Cardinali miſſam celebranti intimare, ſiue annuntiare ſolet hymnum Angelicum, & ſymbolum, ac etiam ſalutationē ad populum, videlicet. *Gloria in excelſis,* & *Pax uobis,* & *Credo;* qui etiam intimat canonicis antiphonas, veſperales:

les:& vt hic ſuum officium cum debita, & plena diſciplina exequatur, ſciat, qualiter primo ſi canonici ſunt pluuialibus induti; vt infra dicam de habitu canonicorum; ipſe non pluuiali; ſed planeta; ſi autē canonici ſunt ſimpliciter cottis induti; tunc ipſe debet eſſe pluuiali indutus, & virgam longam more Bonoñ. in manu, ſicut præcurſor apoſtolicus tenēs; & nunquam ſolus ante Cardinalem celebrātem accedit: ſed præter Cerimoniarium ducē eius, etiam habet ſecum in ſiniſtra alium māſionarium, aut æqualem cappellanum ſimiliter cum eodem baculo, & habitu ornatum; per quem tamen nihil unquam Cardinali intimatur: ſed omnia alia, ab illo principali aguntur. Hi autem duo ſimul, tantū ante Cardinalem accedunt: quoniam ante canonicos, etiam ante Archidiaconum, ſeu Archipręſbiterum, ille ſolus tantum principalis accedit, qui intimare debet. Itaq; dum ipſe principalis ſocio comitante, & Cerimoniario præcedente eſt intimaturus aliquid Cardinali celebranti; facit reuerentiam altari vſq; ad terram genuflexus; tum humiliatus profunde Legato; inde ante Cardinalis celebrantis faciem, capitis, & humerorum profundam inclinationem facit; vbi ſtans expectat, donec cātus à Choro penitus compleatur: quo finito, ipſe ſtans facie recta, ſine aliquo motu corporis, nec faciens amplius reuerentiam; competenti, & ſummiſſa voce intimat *Gloria;* aut *Pax uobis:* aut *Credo;* aut antiphonam; & poſt intimationem, non facit reuerentiam

aliquam

aliquam;nec inde recedit: ſed ſic immobilis perſe-uerãs expectat;donec Cardinalis reſumpſerit quicquid fuerit ſibi intimatum:tunc enim,& non prius facit,ac recedit cum ſimilibus reuerentijs: vt venerat, Idem in omnibus,& per omnia facit ſocius ipsũ comitatus. Cardinalis autem celebrans, vel quiuis alius Epiſcopus non Cardinalis aduerſus intimantem,non ſolum caput non mouet recepta intimatione;ſed ne quidem ſignum vllum; immo nec nutum leuem aliquem propterea facere debet. Intimatio vero ſupradicta non in miſſis, ſed in veſperis fit,in quibus antiphonæ tam celebranti quam canonicis intimari debent. Itaq; ipſe intimator ſolus ſine ſocio ante conſpectum ſingulorum canonicorum idẽ facit,ſicut de celebrante dixi;maxime quo ad acceſſum,& receſſum ſuum. Nam quo ad reuerentias parcius agit cum canonicis, quàm cum Epiſcopo.Ipſi vero canonici verſa vice,iuxta Eccleſiæ conſuetudinem cum capitis leui inclinatione; non tamen cũ aſſurrectione, correſpondent eidem manſionario, ſeu cappellano intimanti. Secundam antiphonam cantat Diaconus à dextris. Tertiam cantat præsbiter aſſiſtens; ſiue ſit vicarius;ſiue quicunque ex canonicis. Quartam cantat primus canonicus,etiam ſi ſit Archidiaconus, vel Archipresbiter in choro manens. Quintam cantat Subdiaconus à ſiniſtris Cardinalis. Et iſte eſt ordo legitimus, & cerimonialis cantandi antiphonas quando Cardinalis ſolemniter celebrat veſperas: quando vero non celebrat,

celebrat, quiſq; in ſuo ordine vbicunq; fuerit, cantat ſuam. Et ſcias, q nullus debet, aut poteſt ſe excuſare; quominus cantet ſuam maxime Cardinali celebrante: non celebrante autem eo, excuſatio admittitur; ſi eſt admiſſibilis, uel aliàs prout libet, iuxta morem Eccleſiæ.

DE NVMERO, ET QVALITATE, AC *officio Credentiariorum.* Cap. XVI.

CREDENTIARII numero ſufficerent tres; cum etiam plures non dentur Cardinali in cappella papali: ſed cũ quater ſint manus lauandæ: ideo etiam quattuor poterunt eſſe ipſi miniſtri, ætate, & habitu omnes laudabiles: ut ſupra de cappellanis dictum eſt: ex quibus ſinguli minus digni ſeruiét prius: deinde uero digniores, & ſic quiſq; ſua uice cum genuflexionibus uſq; ad terram, altari, Legato, & Cardinali celebranti, tã in eundo; quam in redeundo, & cum credẽtia, ſiue prægustatione aquæ; quæ poteſt eſſe roſea, ſiue lampha, aut odorata, ut libuerit. Nullus autem ex ipſis credentiarijs ſit habitu longo, maxime cotta, aut caputio indutus. Prima lotio fit ante quã Cardinalis capiat paramenta. Secunda ante offertoriũ: dum adhuc eſt ſedens in faldiſtorio: Tertia poſt idem offertorium; dũ ſtat ante altare. Quarta poſt communionem, ut tertia. Hi autem ſtant ſemper, detecto capite; uerſis faciebus ad Cardinalem,

nec vnquam de loco ſuo diſcedunt:niſi quando ip/ſum exuunt,& calciant, aut exalciant cõmunibus indumentis,& calciamentis: & maxime dum aquã pro manuum lotione miniſtrant:pro quo actu pri/mo euntes ante genuflectunt vſq; ad terram: inde ante altaris crucem in eodem loco manentes: vlti=mo ante celebrantem: vbi ſic permanentes infun=dunt aquam prægustatam. Deniq; facta lotione cũ eiſdem reuerẽtijs ordine retrogrado,ad locum ſuũ reuertũtur.Sed pro domini communis honore ob=ſeruent;vt parcius reuerentias,& genuflexiones hu iuſmodi ante prædictum dominum faciant pręſen te Legato;prout infra paſſim dicetur. Et iſtis credẽ/tiarijs datur incenſum,& pacis oſculum;tamquam miniſtris egregijs,in ordine,& vice ſua.

DE ORGANISTA, ET SERVANDIS *per ipſum*. *Cap.* XVII.

ORGANISTA admoneatur: vt in diebus feſtiuis ſemper Cardinali aduenienti rẽ diuinam ſiue pro miſſa, ſiue pro veſperis facturo, ſeu audituro cum ſonitu orga=norum feſtiuiter,& modulanter; remota tamen la=ſciuia applaudat: ipſum recipiens, & nunquam à ſonitu ceſſans:donec Epiſcopus Cardinalis oratio/nem genuflexus perfecerit, ſederitq;; ac res diuina inchoanda fuerit:quod etiam faciet ipſo Cardinali de choro poſt rei diuinæ finem recedente; niſi ta/

men

men publica temporis ſiue Eccleſiæ myſteria pro-
hiberent:non autem priuata,vel domeſtica Cardi-
nalis mœſtitia obſtat;quin Eccleſia ſuis ſolemnita-
tibus vtatur,Hoc etiam ſeruat chorus cappellæ Pa-
palis;vt vno tempore dulcius moduletur:quã alio.
Nam in feria quarta, quæ cinerum appellatur, & à
Dominica paſſionis uſq; ad Paſca(prçterquam in fe
ria quinta in cęna dñi)nõ cantat niſi per notas Gre-
gorianas. Organiſta etiam reſpectiue idem facere
poterit;ſed obſeruet ut nullo tempore incipiat ſo-
nare primum uerſum cantici .i. *Magnificat*: ſed relin-
quat choro cantandum. Idẽ faciat de hymnis om-
nibus,prçſertim his,in quorum principio Cardina
lis,& populus genuflectere conſueuit:ut: *Aue maris
ſtella*, & *Veni Creator Spiritus*,Item *O crux aue ſpes unica*: & de
alijs,ut infra in capitulo de genuflexionibus. Idem
faciat de verſibus priuilegiatis;pro quibus genufle
ctimus,videlicet in ſymbolo pro verſu,*Et incarnatus eſt
de ſpiritu ſancto*,& etiam in hymno, *Te deum laudamus*, in
verſu.*Te ergo quæſumus,&c.* Item curet ut Cardinali ſe
interea ad miſſam celebrandam ſacris veſtibus pa-
rante dum pſalmodia horæ tertiæ cantatur cum re
ſpõſione organorum,prout infra ſuo loco dicetur:
ipſe ſic abbreuiet,vel producat ſonum, ut neq; Car-
dinalis ſolito citius accelerare; neq; lentius tardare
cogatur,Vltimo poteſt ipſe organiſta alternis uer-
ſibus in fine ſingulorum pſalmorum,& hymnorũ,
ſonare in omnibus officijs diuinis, & in utriſq; ue-
ſperis,& matutinis,ſiue in die,ſiue in nocte cantan

dís,ac omnibus horís à príma vſq; ad completoriũ ínclusíue,& ín miſſis, prçterquam in officíis pro de/ functís,& ferialibus,& díe cinerum; & hís; quibus mater Eccleſia eſt círca myſtería paſſionis occupa= ta.Sed omnino à laſcíuis cantilenis in Eccleſia ſonã dís abſtíneat omni tempore.

DE HABITV ECCLESIASTICO CANONI= *corum Card, celebrante, & non celebrante.* Cap. XVIII.

IN cappella apoſtolica,Papa,vt Epíſcopus & Cardínales vt canoníci ſicut ín multís, ſic etíam ín hoc figurantur: & propterea ſicut ſummo Pontífice veſperas, ſiue miſſas cele/ brante Cardínales ſacris paramentís índuuntur; ſic etíam honeſtum,& multum honorabíle vtrínq; eſſet,vt Cardínalí Epíſcopo veſperas, & miſſas cele brante;ípſi canonící ſuper cottís, ſiue amíctu plu= uíalibus inducrentur omnes; non autẽ alij pluuía/ líbus,alij planetís;alij dalmatícís, & alij tunícellís: niſi vbí præbendarum;alíæ presbíterales;alíæ día= conales, & alíæ ſubdíaconales eſſent: vt ín pleríſq; vrbís Eccleſijs:quía tunc veſtírentur paramẽtís prę bendę,& ordíní conuenientíbus,etíam ſi quí ex eís eſſent Prælatí apoſtolící,& Epíſcopí, &c. ſed in no/ ſtra Bononiẽ. Eccleſia talís díſtínctío non eſt; ideo omnes,vt díxí eodem habítu ornatí erunt,ví= delícet pluuíalibus:præter illos duos, quí ín habí/ tu,& actu Díaconí, & Subdíaconí miníſtrant apud Cardí/

Cardinalem, & preter presbiterum aſſiſtentem Cardinalis: Ex quibus ille, qui eſt cantaturus Euangelium, debet eſſe dalmatica, & qui epiſtolam, tunicella indutus, tam in veſperis, quam in miſſa. Qui uero eſt aſſiſtens presbiter, in miſſa debet pluuiali, ſed in ueſperis planeta ſola ſuper cotta ſine amictu & ſine camiſo, uel alba indutus eſſe. Et iſto caſu ipſi canonici ſic induti ad nullos circulos de choro ante Cardinalem uenire debent, ut infra, ſed aduertant, maxime cum habent paramenta; ut omnes ſimul in eodem loco illa induant; ſimiliter, & dum ſedendum eſt, omnes ipſi ſedeant: dum uero ſtandum eſt, omnes ſtét, ut ſuo capitulo dicetur latius. Non celebrante uero Cardinale prædicti canonici ſuis ſolitis ſuperpellicijs, ſiue cottis induti ſint, cũ harmutijs ſuper humero ſiniſtro, iuxta Eccleſiæ cõſuetudinem; & tunc ad circulos uenire tenentur, ut infra. Et ſi magis placebit, etiam manſionarios ſacris veſtibus paratos eſſe (quod non improbarem) tunc non utiq; pluuialibus, ſed planetis ſuper cottis, & ſine amictu ueſtiti erunt; & cum illis etiam computabuntur hi; qui baculos aureos manibus præferunt, tamquam præcurſores: quo caſu canonici, & Aſſiſtens amictibus utentur ſub pluuialibus, & non aliter.

DE DVORVM CANONICORVM *aſſiſtentia apud Cardinalem celebrantem, & non celebrantem. Cap. XIX.*

Siue

Siue Cardinalis celebret,ſiue non, dummodo in Eccleſia ſit præſens rei diuinę (niſi in veſperis pro defunctis) ſemper habeat canonicos miniſtros apud ſe: & quidem dum miſſam celebrat, habeat tres; videlicet eum, qui vocatur presbiter aſſiſtens; & hic poteſt eſſe Vicarius ſuus generalis, vel alius, vt placet, dummodo ex dignioribus. Itē duos alios pro Euangelio, & epiſtola cantandis, qui eſſe poſſunt Archidiaconus, & Archipresbiter ſimul: Nam hi quantumcunq; Prælati canonici ſint, & ad aſſiſtentiam non teneantur; nō tamen à miniſterio huiuſmodi Cardinale celebrāte excuſantur, quin vt Diaconus & vt Subdiaconus in Euangelii, & epiſtolę decantatione ſeruiant: quando autem non celebrat, prædicti duo Prælati canonici non tenentur aſſiſtere; ſed alii, ex quibus (niſi Cardinalis vnū potiuſquā aliū, ut pote magis expertum, ſiue ex alia particulari cauſſa gratum habere apud ſe malit, qui ei aſſiſtentiam faciant) regulariter duos canonicos ſeniores, & omnibus digniores, præter canonicos prælatos .ſ. Archidiaconum, & Archipresbiterum, vt ſupra, habere debet. Qui canonici ſibi aſſiſtentiam facientes, miniſtrent omnia, quę ſibi non celebranti ſunt operi, & vſui inter ſolemnia; vt librum; nauiculam, thuribulum; incenſationem; & pacis oſculum; & ſimilia. Quòd ſi ordines canonicatuū diſtincti, ſint, videlicet alij præsbiterales, alij diaconales, & alij ſubdiaconales; tunc primi duo diaconi, & non alij

aſſiſtere

aſſiſtere debent;quorum altero;uel utroq; deficien te ſupplebunt;uel ultimi presbiteri;uel primi ſub-diaconi, tamquam duo leuitæ arcam fœderis cu-ſtodientes. Itaq; ipſi duo canonici aſſiſtentes Car-dinale non celebrante,ſed cum celebrante, confeſ-ſionẽ faciente,genuflexi poſt ipſum eſſe debent;& ſimiliter ipſum in introitu,ac graduali, & offerto-rio;ac poſt communionem legendis,hinc inde me-dium faciunt,ſenior ad dextram, & iunior ad ſini-ſtrã, eleuantes aliquantulũ librũ; & digito textũ in dicantes.Et cũ imponendũ eſt p Card. incẽſum; ſe-nior,qui manet in parte dextra, Card. nauiculã mi-niſtrat;& iunior ex eis;qui eſt in ſiniſtra,thuribulũ æqualiter miniſtrat: & regulariter hi duo medium Card.habere inter ſe ipſos deberẽt;vt ſenior mane-ret ad dextrã Card. & iunior ad ſiniſtrã: niſi place-ret ambobus eſſe in ſiniſtra uerſus altare: quod tñ minus cõuenit.Cum Card.incenſandus, uel oſculã dus eſt;p ipſum ſeniorẽ,incẽſari, & oſculari debet; ꝑut tamen infra ſuo capitulo dicetur. Cũ uero alij canonici ad circulum ueniunt ante Cardinalẽ, tũc ſenior ad dextram, & iunior ad ſiniſtram omnino ſtare debent,niſi ſtent ordinarie; quod melius eſt: Nam ipſi duo repræſentant;duos leuitas cuſtodiẽ-tes arcã fœderis, hinc inde ſtantes, ita ut ſenior ad dextrã Card. & ſic diſtantior ab altari; iunior uero ad ſiniſtrã,& ſic propior altari ſit:qđ licet videaꝰ cõ trariari,his quę dixi de Legato, & Epõ Card. ſimul ſedẽtibus,nõ tñ cõtrariatur;qa ibi habetur ratio al-

taris

taris, hic Epiſcopi Cardinalis. Cæterum ex aſſiſteñ. aliquo ſtante, ac aliquid pertinẽs ad officium cum Cardinali faciente, alius ſtare ſimiliter debet, vt infra capitulo de ſeſſionibus, & ſurrectionibus dicetur. Et cum vnus ex ipſis duobus receſſerit: tunc illico alter, & ſenior ſuppleat, & aſtet. Quòd ſi quis aſſuetus aſſiſtere, in tempore non uenerit; tunc qui pro ipſo ſuppleuit, debet cedere locum illi aſſueto ſuperuenienti: quia ille locus, vt pote honoratus debetur maioribus. Vltimo ſciendum eſt, ꝙ huiuſmodi aſſiſtentia duorum canonicorum non fit: niſi Epiſcopo ordinario, & nulli alteri; etiã ſi ſit Patriarcha, vel Archiepiſcopus metropolitanus; vel alius quiuis ſuffraganeus, nec etiã, ſi Legatus fuerit. Sed nec illud omittatur, ꝙ in matutinis quibuſcunq;, tam pro defunctis, ac tenebroſis; quàm natalitijs Iesv Christi, & alijs quantumcunq; ſolemnibus, aut ſimplicibus, huiuſmodi aſſiſtentia nullatenus fieri conſueuit.

DE CIRCVLIS CANONICORVM ANTE *Cardinalem, quando, quotiens, & qualiter fiant.* Cap. XX.

Celebrante Cardinali nunquam canonici ad circulos aliquos cum eo: ſed neq; cũ Legato, ut infra, venire debẽt; ſiue ipſi induti ſint pluuialibus, ſiue non: quoniam Cardinalis celebrans cum ſuis ſolis miniſtris, quæcunq; dicenda ſunt, dicit, & proſequitur; ſed nullatenus

cum

cum alijs canonicis, qui, vt dixi, tunc ad circulum non veniunt. Quando vero non celebrat, ſemper ve nire debent: niſi miſſa eſſet pro defunctis, vt ſuo lo co dicitur. Veniunt autem in totũ quater pro qua- libet miſſa, videlicet primo pro introitu, *Kyrieeleiſon*, *Gloria in excelſis*, ſimul ac ſemel tantum, nam cum cho- rus cantat, ſiue organum ſonat vltimum *Kyrieeleiſon*, tunc canonici veniunt primo, & ſic ipſi cum Cardi- nali tunc ſurgente, & legẽte introitum, & *Kyrieeleiſon*, aſſiſtunt reſpondentes: debet autem a choro; ſiue organo ita, & taliter tempus diſpenſari, ꝙ illico vlti mo *Kyrieeleiſon*, per Cardinalem finito: celebrans cõ- mode, & opportune poſſit incipere cantando *Gloria in excelſis*; quod cardinalis ad canonicos verſus in cir- culo ſtantes proſequitur, & in fine facit ſuper eos ſignum crucis: ſed ipſi dum ſignantur à Card. non ſignant ſeipſos: quòd ſi *Gloria* in miſſa non dicitur, tunc non multum, refert an, veniant quãquam ve nire magis conueniens eſſet: Item ſecundo poſt fi- nitum immediate Euangelium, & priuſquam per Diaconum finiatur publicatio feſtiuitatum, iuxta morem Eccleſię noſtrę fieri ſolita in diebus Domi- cis; canonici veniunt ad circulum pro ſymbolo .i. *Credo* dicendo, pro quo nihil refert, an celebrans, & Cardinalis ſimul cõcurrant in genuflexione ad ver ſiculum, *Et incarnatus eſt*. Sed bene aduertant canonici, vt dum ipſe verſiculus cantatur, ſi ipſi forte eſſent in via reuertentes; tunc vbicunq; ſint, genuflectant in terra, vſq; quo Cardinalis ſurrexerit à genuflexio

ne; qui tamen ſurgere non debet: niſi verſiculo illo prorſus finito. Item tertio dum in præfatione dicitur, *Per quem maieſtatẽ*, &c. vel, *Et ideo cum angelis*, &c. tunc incipiunt venire, & cum dicitur *Sanctus*, nunquam celebrans; neq; aliquis debet pectus percutere: ſed dicẽdo, *Benedictus qui uenit*, tunc Cardinalis omnes ſignat ſigno crucis. Vltimo antequam per celebrãtem inchoetur, *Per omnia ſæcula*, ante *Pax domini*, tunc canonici veniunt. Cum autem venturi ſunt, primo incipiunt iuniores venire; cum vero in circulo ſtant, illi, qui ſunt magis antiqui ſtant propiores ad Cardinalis dextram; ſed cum diſceſſuri ſunt ordine conuerſo diſcedunt: nam primo antiqui incipiunt diſcedere. Illud demum ſciant canonici, ꝙ nunquam ad circulum ante Legatum venire debent: niſi ipſe Legatus forte eſſet Epiſcopus Bononiẽ: neq; ante Archiepiſcopum eius metropolitanum; neq; ante Suffraganeum: nec omnino ante aliquem alium, præterquam Epiſcopum proprium non celebrantem.

DE CANONICORVM LOCO APVD EPIſcopum ſuum, quando ſ. antecedunt, uel ſequuntur. Et ſi quis ex eis Prælatus eſt apoſtolicus, ubi in proceſſione, choro, & capitulo maneat, ac quando clerus magiſtratum præcedat. Cap. XXI.

REGVLARE eſt, vt canonici ſemper, & vbiquẽ ſuum Epiſcopum ordinarium quomodocunq; ſacris veſtibus paratum præcedant;

cedant;ſed illum non paratum ſemper, & vbiq; ſe-
quantur:quam normam etiã Cardinales cum ſum-
mo Pontifice ſeruant eadem ratione:niſi in Paraſce
ue:nam illa die in actu proceſſionis,quæ fit pro ſa-
cramento reportando, præcedunt non paratum.
Sed quid ſi aliquis ex canonicis aut manſionariis
ſit Prælatus apoſtolicus, puta Archiepiſcopus, vel
Epiſcopus,an talis in habitu ſuæ prælaturæ, aut in
habitu ſuę receptionis debeat inter canonicos, aut
inter manſionarios eſſe,præcedendo ſuum ordina-
rium paratum; aut in quo loco, tam in proceſſio-
ne; quam etiam in choro, & in capitulo ſimul cum
alijs canonicis ſimplicibus, vel etiam manſionarijs
ſtando,vel eundo?Super hac famoſiſſima quæſtio-
ne,quamquam compertũ habeam de iure canoni-
co aliter dicendum,& faciendum fore, ex his; quæ
per Abbatem Panormitañ: & alios doctores refe-
runtur; videlicet vt poſt primum canonicum ſim-
plicem ſedeant,ſtent,& vadant Prælati,ſi qui ſunt:
De noſtro tamen cerimoniali iure ſecus exiſtimo,
argumento eorũ,quæ à ſimili fieri videntur: immo
quæ ipſemet, ex inſtitutione apoſtolica exequor
in frequentiſſimo vſu cappellæ Papalis,quæ eſt om
nium rituum ſacrorum imperatrix, & magiſtra: &
quidem hoc modo diſtinguendo: videlicet ꝙ aut
ipſe canonicus,vel manſionarius;qui eſt Archiepi-
ſcopus, vel Epiſcopus; induitur quotidiano habi-
tu prælaturę ſuæ apoſtolicæ;puta mantello, capu-
tio,& riccha;ſiue roccheto; aut induitur habitu ca-

nonicali. Primo caſu idem canonicus Prælatus apo ſtolicus ſedebit in choro ſupra omnes canonicos etiam ſupra Archipresbyterum, & ſupra ipſum Ar chidiaconum: niſi aliter prædicti duo ſint priuile giati: ſed in proceſſione nequaquam ſimul cum ca- nonicis præcedet ante ſuum ordinarium paratum, ſed poſt illum omnino ſequetur. In capitulo vero non vtiq; ſedebit poſt primum, vt expreſſe docet Abbas prędictus: ſed ante omnes quotquot erunt; nihilominus vocem, ſiue votum, aut ſuffragium da bit in ordine ſuæ receptionis. Extra autem Eccleſiã & extra diuina Archidiaconus, vt pote ample priui legiatus, ſuis gaudebit priuilegijs. Verumtamen ſi dicti Archidiaconus, ſeu Archipresbyter Prælati apoſtolici, & habitu prælaturę apoſtolicæ induti erunt: tunc non dubium, quin ipſi, aut alter eorum Prælatus in choro; & in diuinis, & in capitularibus actibus, ſi modo de capitulo erunt, ante, & ſupra alios Prælatos ſedere debeant: extra vero diuina, quiſq; per ordinem ſuæ prælaturæ, & ſuæ promo- tionis, ibit, ſtabit, ac manebit: inter quos Archi- diacono, ob eius adminiſtrationem ſua priuilegia ſeruabuntur. Secundo caſu, quando canonicus, ſeu etiam manſionarius Prędatus apoſtolicus eſt in cho ro; ſiue in proceſſione indutus habitu canonicali, vel manſionariali; puta cotta, ſuper roccheto, aut pluuiali, & planeta ſimul cum alijs canonicis, ſiue manſionarijs paratis: ſicut eſſe poſſunt, & debent; cum Epiſcopus maxime Cardinalis celebrat ſole-

mniter

mniter, vt ſupra dixi in capitulo de habitu canonicorum, &c. tunc ipſe Prælatus meo iudicio debet eſſe in ordine, & loco ſuæ receptionis inter canonicos, & manſionarios, etiam ſi ſit vltimus. Inſuper canonici Eccleſiæ cathedralis, ac etiam manſionarij, quotieſcunq; ſacris paramẽtis induti ſunt: & maxime in diebus Cinerum, Candelarum, Palmarum, & Paraſceue; ac ſimilibus actibus, tam in choro, quã in proceſſione intra Eccleſiam, & extra illam; ſupra, & ante magiſtratum ſemper ire, & eſſe debent: ſed hoc ex conſuetudine inueterata non ſeruatur: Tamen expreſſe in prima die Quadrageſimæ quæ dicitur cinerum, pro capiendis cineribus, & in Paraſceue pro adoratione crucis, omnino pręcedere debent, & ratio eſt; quia in illis duobus actibus, qui humilitatem præ ſe ferunt; Principes omnes de ſæculo cedunt ſacerdotio, & illi ſe humiliant, etiam Imperator, & omnes Reges, ſed partim, & reſpectiue, vt infra ſuis locis ſingulatim enarrabimus.

DE REVERENTIIS, ET GENVFLEXIONIbus *omnium intra rem diuinam.* Cap. XXII.

NON ſolum ſacrificijs; ſed & ſacrificantibus ipſis, ac alijs præelectis a Deo debetur veneratio, honor, reuerentia, & adoratio, cũ infraſcripta norma, videlicet: Cardinalis primus documentum alijs daturus, ſe promptiorem, & humiliorem in actu reuerentiæ, & adorationis maxime

in

in publico exhibeat. Dum enim primo ad altare peruenit, genuflexus orat: deinde vero, quotiens, ſiue celebret, ſiue non celebret, ante altare, vel ante crucem altaris tranſit, nudo capite ſe humiliat: dumq; nomen I E S V (non aũt *Chriſti* ſolum) audit, detectum caput inclinat. Dum autem *Mariæ* matris I E S V, aut Papæ tunc viuentis proprium nomẽ audit, parum caput inclinat. Quotiens autem mitra vtitur; ſi Deum orat, illam deponit, & ſupplex adorat: ſi Deum alloquitur; ſine mitra, ſupplicibus manibus ſtat. quotiens vero populum benedicit, ſtat cum mitra; niſi vteretur cruce. Cum vero aliquẽ ſeu aliquos particulares admonet, vel inſtruit, ſedet mitratus. Porro ante Legatum Cardinalẽ tranſiens, ſi mitratus eſt, cum mitra illum ſalutat. Quotienſcunq; per aliquos ſiue Prælatos, ſiue non Prælatos coram ſeipſo miſſam in cantu celebrantes, aliquid alte cantatur; ſurgit. Dum aliquis Prælatus mitratus coram eo celebrans facit ſibi reuerentiam cũ mitra; ipſe ſuper illum ſignum crucis manu nequaq̃ producit; ſed aliquantulũ aſſurgens detecto capite, illi correſpondet: ſuper alios vero minores celebrantes caput coopertum humiliat; non producens ſignum crucis ſuper ipſos ſacerdotes, ſed ſuper miniſtros eorum. E contra vero Reuerẽdiſs. Dño Cardinali omnes aſſurgere, caput denudare, ac genu reliqui vſq; ad terrã. & aliqui humeros aliquantulum flectere debent: ſed non omnes eodẽ modo, Canonici. n. quotiens ante ipſum non celebrantem

brantem tranſeunt, & quotiens ab ipſo diſcedunt non genua; ſed humeros aliquantulum profunde inclinant: Manſionarij vero profundius, quam canonici, & cum aliquali oſtenſione genuflexionis reuerentiam præſtent. Profunda autem reuerentia non fit per pedis retro proiecti extenſionem: ſed per humerorum incuruationē; ac capitis nudi humiliationem ſimul factas. Cappellani minores, ac clerici, & ſcutiferi genua quaſi vſq; ad terram humiliare verſus Cardinalem, etiam nō celebrantem debent: quoniam verſus celebrantem, ſemper omnes prædicti, cæteriq; laici ſimplices, omnino vſq; ad terram genuflectere debent, maxime miniſtri, qui etiam non niſi genuflexi colloqui debent. Omnis deniq; reuerentia fiat placide, grauiter, ac quodammodo timide; non properāter, aut furioſe, vel cum laſciuia. Verumtamen Legato præſente, Cardinalis Epiſcopus genuflexiones huiuſmodi; maxime vſq; ad terram ante ſe parcius agi permittat, oſtendens genuflexionem ipſam Legato, potiuſquam ſibi cōuenire: ſiue ipſe celebret, ſiue non: tamen Legatus celebranti Cardinali omnia permittat: vt infra latius. Cæterum omnes cuiuſcunq; conditionis, & ordinis; qui ante altare pertrāſeunt, genuflectere quidem ante crucem altaris deberent; ſed ſatis ex inueterato more facient, ſi profunde inclinabūt; dummodo prima vice, qua ante altare tranſeunt, orent genuflexi ſemel, vt infra proximo capitulo dicam. Illud autem ſcias ꝙ nihil refert dum fit reuerentia

ante

ante altare, aut alibi; vbi Cardinalis celebrans, vel non celebrans hinc, & inde Legatus ſimul, vel alter eorum ſolus, vel alius Princeps, cui debeatur ſimilis reuerentia adſint; an vni priuſquam alteri ipſa reuerentia fiat; dum tamen omnibus fiat; pro ipſa enim facienda, non prioritas aliqua; ſed commoditas facientis attendenda eſt: puta ſi à celebrante diſcedis iturus ad Legatum: prius quidem ante ipſum celebrantem reuerentiam facis: tum ante crucem altaris, vltimo ante Legatum: ſimiliter idem facis à Legato diſcedens ad celebrantem iturus. Nam Legato prius; tum cruci, inde celebranti. Si vero ab altero ipſorum diſcedis ad altare iturus, primo ei, vnde diſcedis: tum alteri, ad quem non es iturus: vltimo altari, ad quod es iturus; reuerentiam facis, & è conuerſo. quod in omnibus reuerentijs, & ante omnes reuerendos obſeruatur. Aduerte tamen ſi in eo loco ſint ſimul plures dignitates diuerſorũ graduum, & ſic vna multò excellentior: quam altera; vt quia Legatus adeſt ſimul cum Magiſtratu, vel Epiſcopus Cardinalis ſimul cum Locumtenente: ꝙ eo caſu tunc ſolum debetur reuerentia ſummo. i. ſoli Legato, & non magiſtratui: aut ipſi Cardinali ſolum, & non locumtenenti. Non. n. fit. regulariter reuerentia illi, qui alteri reuerentiam fecit: ſed ſoli ei fit reuerentia, qui ibi ſummus eſt omnium: niſi quando ad ipſam minorem dignitatem accederet ex cauſa particulari illum tangente, vt alloquendi ipſum de particularibus, non autem dandi pacem,

ſiue

ſiue incenſum: quia nullam illi facis reuerentiam penitus: ſi tamen omnino illum uis honorare: tunc facis quidem humiliationem, quaſi per ſolum nu-tum, & longe parcius; quam ei, qui habet primum locum. Cæterum Cardinalis Epiſcopus, & quiuis alius Prælatus pontificaliter celebrans, inter ſacrificandum nunquam genuflectit vſq; ad terram: ſed ſolum ante ſacramentum ſe humiliat, adorãs illud. Non ſacrificans vero genuflectit quidem vſq; ad terram: quando orat; nec non quando in eleuatione ſacramenti adorat, & nunquã amplius; ſed eius miniſtri parati; ſcilicet Aſſiſtens, Diaconus, & Subdiaconus regulare habent, vt ſolum genuflectente celebrante, & eo ſtante, ac ſe humiliante, idem per omnia faciant: niſi quãdo miniſteriũ aliquod exhibent, vt quando alter manum oſculatur poſt epi-ſtolam, vel quando benedictionem petit ante Euãgelium cantandum: ac quando, & quotiens calicẽ cooperit, vel diſcooperit, & huiuſmodi. Prelati miſſæ ſolemni preſentes confeſſionem ſtantes faciunt inſimul; vel ſi vnicus erit Prælatus, faciet ſtans cum ſuo cappellano genuflexo. Locumtenens prælatus, ſiue Gubernator non facit confeſſionem genuflexus cum vexillifero; ſed ſtans cum ſuo genuflexo cappellano. Canonici tam duo aſſiſtentes; quam alij de choro: quando non habent paramenta, genuflexi illam faciunt; quando vero paramenta habent, ſtantes. Similiter omnes alij de choro, & populo genuflectunt pro confeſſione. Cum autem di

citur in epiſtola Pauli, verſus, *Vt in nomine domini omne genu flectatur*; omnes genuflectant. Cum dicitur in die Penthecoſtes, vel in alio quocunque die in miſſa de ſpiritu ſancto verſus ille pro graduali, *Veni ſancte Spiritus*, & in veſperis, *Veni creator Spiritus*, & *Aue maris ſtella*, & *O crux aue ſpes unica*, & *O ſalutaris hoſtia*, & in euangelio Natiuitatis, *Et uerbum caro factum eſt*, & in circunciſione, *Et procidentes adorauerunt eum*: & cum inchoatur *Te deum laudamus*, & cum in eo dicitur *Te ergo quæſumus*, &c. & in offitio de corpore Chriſti, cum in hymno dicitur, *Tantũ ergo ſacramentum*, ſi ſacramẽtum eſt ſuper altari; omnes genuflectunt; ſi autem non adeſt ſacramentũ; nulli genuflectunt. Cum eleuatur ſacramentum in miſſa omnes genuflectunt, quo eleuato omnes, maxime prælati, & canonici, & ſacerdotes illico ſurgunt; cum quibus etiam omnes miniſtri, & cappellani altaris, ac credentiæ ſiue abaci ſimiliter ſurgunt: ſed laici, & minimi clerici de choro quantumcunque cottis induti ſint; perſtare poſſunt genuflexi, uſque ad *Per omnia*, ante *Pax Domini*, quia nemo niſi ſtans accipit pacis oſculum: quod tunc dandum eſt. In miſſis vero pro defunctis, & ferialibus omnes genuflectunt uſque ad *Per omnia*, ante *Agnus Dei*, & cum incipit Epiſcopus dare benedictionem dicendo, videlicet *Sit nomẽ Domini*, &c. laici genuflectunt; ſed cum dicit, *Pater, & filius*; tunc, & non prius canonici, & magiſtratus genuflectunt, excepto Locumtenente, ſeu Gubernatore Prælato, & quocunque alio Prælato canonico, qui ſe tantum humiliat, quando verſus ad ipſum benedicit manu, & non alias.

De

DE SESSIONIBVS, ET SVRRECTIONIBVS *in choro, quando, & qualiter, ac quo ordine.* Cap. XXIII.

EXPEDIT, ac etiam decet, vt Magiſtratus, canoniciq́, ac reliqui omnes de clero, & populo rei diuinæ præſentes, hanc normulam in ſuis ſeſſionibus, ſurrectionibuſq́ obſeruent: vt quando ſedendum erit ab omnibus ſedeatur, pro quibus ſedilia ſunt deputata: item cum ſtare oportet; omnes omnino ſtēt recti vſq́ ad vnũ, & non aliter: maxime, ne qua inter eos vnicum corpus repræſentantes diſparitas appareat. Huiuſmodi aut ſeſſiones, & ſurrectiones, ſuo tempore agendas, infra ſuis locis paſſim dicemus. Inſuper canonici tres; qui Cardinali celebrāti miniſtrant; ſiue duo tantum, qui eidem non celebranti aſſiſtunt ex vna parte, & canonici reliqui omnes, qui in cancellis chori, ſiue in ſtallis ex alia parte manent, inter ſe ipſos vtrinq́ obſeruent; vt cum vnus ex canonicis miniſtrantibus, ſiue aſſiſtentibus ſurgit facturus aliquid ad officium aſſiſtentiæ pertinens, etiam alij duo; ſiue alius coaſſiſtens ſurgat; & cum eis ſimiliter omnes nouē cappellani cottis induti ibi apud Cardinalem ſub tribuna ſeruientes, ſurgant omnino: quia hi omnes vnum chorum inter ſe facere cenſentur: ſed nullatenus alij canonici: nec manſionarij; neq́ cappellani exiſtentes in cancellis chori ſurgant: quoniam iſti, qui ſub tribuna apud Cardinalem aſſiſtentes ſunt, cenſentur facere vnum cho-

rum diuiſum ab illo choro; vbi ſunt alij canonici, & manſionarij in cācellis ſedentes; & ſimiliter è cōuerſo; dum unus de choro cātaturus antiphonam, vel aliquid tale facturus; quod ad officium pertinet, ſurgit; tum omnes tam canonici, quam manſionarij, & cappellani de illo choro, & de aſſiſtentibus ſurgant: nunquam tamen aliquo ſiue ex ipſis, ſiue etiam ſimul omnibus utriuſq; partis ſurgentibus; ſurgat Cardinalis propter ſeſſiones ipſorum particulares. Sed è contra. i. ſurgēte Cardinali omnes de aſſiſtentia, & choro, ac etiam de populo, tam in veſperis: quam in miſſis, & alijs officijs ſurgant. Si quis autē canonicus inchoato iam officio ſuperueniat; tunc omnes de aſſiſtentia, & de choro cancellorum ei, poſtquam orationem fecerit, & non prius ſimul aſſurgant. Aſſurgant autem ſic videlicet. Nam ſi ſuperueniens erat genuflexus ante aditum altaris, (quod omnino facere deberet) tunc nulli ante orationem: ſed poſt illam, & poſt reuerentiam præſente Cardinali ab ipſo factam aſſurgant canonici, & cappellani aſſiſtentes; ſi autem abſente Cardinali non ante altare, ſed apud cancellos ante ſtallum ſuum orare velit (quod quidē in abſentia Cardinalis non improbādum) tunc canonici, & omnes maxime de choro facta ibi per illum oratione, & non prius aſſurgāt eidem: quia ſicut prædixi nulli oranti, ſiue reuerentiam facienti reuerentia præſtatur. Caueant autē canonici, vt (maxime Cardinali præſente, & etiam eo abſente) in diebus ſolemnibus,

 quanto

quanto rarius aut nũquam è choro diſcedant eun-
tes,ac redeuntes.Hæc lex quo ad ſeſſiones, & ſurre-
ctiones,non capit manſionarios:nec alios minores
quia aliquo eorum ſurgente, nulli de choro, ſiue
de aſſiſtentia regulariter aſſurgunt ei tãquam man
ſionario:niſi officium facienti;ſeipſos tamen inuicē
ſalutare poſſunt.Si quis autem Prȩlatus,aut nobilis
vel aliquis alius in dignitate Eccleſiaſtica, vel ſecu-
lari conſtitutus, intra rem diuinam ſuperuenerit;
nõ prius faciat reuerentiam Cardinali,aut aliquem
ſalutet in choro:quàm a ſua oratione facta ſurrexe-
rit:qua facta, ipſe faciat reuerentiam Cardinali, &
ſimiliter ſalutet canonicos, ac etiam Magiſtratum
præſentem;a quo viciſſim, & mutuo reſalutabitur
tunc,& non prius.Similiter ſi eo tempore ſuperue-
niat Magiſtratus;prius quidem debet orare; aut in
medio chori(quod melius eſt)aut in ſedilibus pro
eo paratis;Et interim nulli ſiue clerici ſiue laici ma-
giſtratui aſſurgant, aut reuerentiã faciant: niſi ora
tione penitus finita; quod ẽt intelligendum eſt de
Cardinale aduerſus Legatum, vel è conuerſo: pro-
ut indifferenter ſeruatur in cappella Papali; & ſi ſe
cus fiet,indecenter,& incongrue fiet. Poſtremo,&
illud non poſtponatur,ꝙ Cardinalis, & Prælati, &
omnes quicunq; ſunt miſſę præſentes, maxime de
clero,vt canonici, & manſionarij, ac ſacerdotes,&
cappellani cottis induti; poſtquam eſt eleuatum
ſacramentum,ſurgunt a genuflexione;laici autem,
& minores clerici in genuflexiõe eſſe poſſunt,vſq;

ad

ad *Per omnia,* ante *Pax Domini,&c.* niſi miſſa eſſet pro defunctis, quia Cardinalis, & omnes manent genuflexi vſq; ad prædictum *Per omnia.&c.* vt ſupra celebrante Epiſcopo Cardinali dixi.

DE OSCVLATIONIBVS IN MANV CARD. *& in rebus ipſi dandis, accipiendiſq; ab eodem.* Cap. XXIIII.

SOLEBANT olim manũ deoſculari qui adorabant, vt inquit D. Hieronymus in Ruffinum: Nam, & Hebręi, & ipſi Romani deoſculationem huiuſmodi pro veneratione vſurpabant: Gentiles quoq; religionẽ eſſe in dextra teſtantur. Hinc religioſius agentes nos Chriſtiani pontificias manus vt pote ſacras, ac Chriſmate delibutas oſculamur: ex quo ſcire operęprętium eſt, tria eſſe oſculationis genera, videlicet Baſium, quod inter pudicorũ affectus: Suauiũ, quod inter venereas libidines; Oſculũ, quod inter officia, officioſoſq;.i. inter honeſtos, ſiue honoratos actus præbetur. Porro oſculorum aliud eſt, quod pacis vocatur: & hoc inter miſſarum ſolemnia in facie; aliud reuerentię quod plerumq; in Epiſcoporũ, & Regum dextra: aliud fidei, quod præbetur in re illa, quam prædictis offerimus, vel ab eiſdem recipimus. Itaq; quotiens aliquid damus Cardinali celebranti, aut Legato maxime rei diuinæ præſenti; aut aliquid ab ipſo ſimiliter accipimus; ſemper, & totiens primo rẽ ipſam, quaſi pro veneratione quadam

dam, & fidei; deinde manum eius dextram, quaſi pro religione oſculamur, quod bene obſeruetur, maxime in miniſterio altaris, vt in porrectione thuribuli, coclearis, calicis, & patenæ, & baculi paſtoralis, & annulorum, ac chyrothecarum, & ſimiliũ. Obſeruent ergo tam Diaconus; quam canonicus aſſiſtens daturi thuribulum Cardinali, vt ipſi, vel alter eorum ſua manu dextra teneat ſummitatem catenulæ, & ſiniſtra thuribulũ; oſculatamq; a ſe ſummitatem catenulæ, offerat Cardinali; thuribulum, & manum ſimiliter oſculando: quod etiam faciet, dum illud recipiet. In miſſis autem, & officijs pro defunctis nihil oſculamur.

DE VSV MITRAE PRETIOSAE AVT SIMplicis, & quis illam cum bireto ponit, ac deponit. Cap. XXV.

IN Pontificali ordinario ſub capitulo de mitra explicantur tempora, & dies, quibus mitra pretioſa vtendum ſit: vbi addendum, q; in magnis ſolemnitatibus, & feſtiuitatibus mitra pretioſa vtitur Cardinalis Epiſcopus celebraturus ſemper, tam in miſſa, & in hora tertiarum cantanda, quàm in veſperis: in quibus autem officijs, quando, & quotiens depoſita pretioſa, recipiat ſimplicẽ; ſupra dixi in capitulo de officio cappellani mitram miniſtrantis. Quotieſcunq; autem mitra pretioſa vtitur, totiens cum illa dat benedictionem; & nunquam in miſſis, aut veſperis ferialibus

bus,aut pro defunctis mitra pretioſa vti debet: neque in benedictionibus candelarum; cinerum, & palmarum: neq; intra aduentum: niſi in Dominica tertia eiuſdem, qua cantatur in introitu miſſę, *Gaudete*: neq; in quadrageſima: niſi in quarta Dominica eiuſdem, qua cantatur in introitu miſſę, *Lætare*: quia dictis temporibus nunquam prętioſa vtitur: niſi miſſæ, aut veſperæ cantarentur de aliquo feſto ſolemni. Officium vero Diaconi in ſuo loco, vt copioſe dixi, eſt ponere, & deponere mitram, ac biretum in miſſa; niſi quando eſt occupatus in eadem, vt quando poſt incenſatum à celebrante altare, ipſe capit thuribulum de manu eius; quia tunc non poteſt ponere mitram, ſed illo caſu pro Diacono ſupplet Subdiaconus, aut Aſſiſtens Cappellanus, vel Cerimoniarius: In veſperis vero ille ex duobus, qui eſt a dextris; ponit biretum, & mitram; qui vero eſt a ſiniſtris deponit mitram ſolam: ſiue ſint apud altare, ſiue apud faldiſtorium, aut alibi: ſed dum vnus ex ipſis ponit mitram, alter vittas pendentes, ſiue infulas aptat.

DE NVMERO LVMINARIVM CREDENtiæ, ſiue abaci, Altaris, & totius tribunæ celebrante Cardinali Epiſcopo. Cap. XXVI.

NON ideo ſuper altari, vel ante ſacramentũ aut ſanctas imagines lumen apponimus candelarum, ut aerem illuminemus, aut

vt

vt clarius proſpiciamus; ſed vt ſpiritu illuſtremur, ac ſecundum beatum Hieronymum in Vigilantiũ vt ſignum lætitiæ illuminatiq; ſpiritus demonſtremus; atq; in eo loco, ubi ſacrificamus lucem eſſe diuinæ ueritatis oſtendamus. Conuenienter igitur per patres noſtros inſtitutum eſt, vt ſuper altari, celebrante Epiſcopo, maxime Cardinali, ſi commode poni poſſunt ſeptem luminaria ęqualia, tamquam ſeptem planetales ſtellę apponantur; ſinautem ſex omnino, & non plures quam ſeptem; nec pauciores quam ſex. Similiter duo tãtum ſuper abaco, quę anteferentur, quando Euangelium cantabitur, prout ſuo loco dicitur. Circa tribunam poſſent poni plura funalia ad libitum: ſed communiter non niſi ſeptem ponuntur. Ad eleuationem ſacramẽti ad minus quattuor funalia, aut ad ſummã octo, quæ abſq; manubrijs, ſiue pedibus ligneis, quantumcunq; auratis per cappellanos ſuperpellicijs indutos tenebuntur; maxime quando celebrat Cardinalis, & omnis hæc cera alba ſit; ſeu vt placuerit auro, vel coloribus variegata. In ferialibus vero, & pro defunctis, cera ſit communis ſimplex. Hoc autem quęſo non contemnatur velut leue rudimẽtum, quod tñ notabile eſſe, ac rationabile, expreſſe docet Innocentius Papa tertius in ſuis ſacrificijs; videlicet ꝙ in Pontificalibus officijs, & miſſis, nullum lumen adſit olearium: neq; lampas ardens ex oleo quouis adhibeatur, vt illuminet, ſed cera tantum.

DE HIS QVI INTRA TRIBVNAM ADMITti poſſunt, & de cuſtodia eius Card. celebrante. Cap. XXVII.

ANGVSTIA Tribunæ noſtræ multorum præſentiam non recipit; ideo prouideatur, vt ante aduentum Cardinalis ad illã extranei nulli, nec alij pręter neceſſarios admittantur; alias nullus ordo, ſed confuſio plurima ſequetur. Itaq; aditus ille angularis in latere epiſtolæ ſimiliter cum ſuis cratibus ligneis claudatur, ſicut eſt in latere Euangelij, vt inde quidem videri res ſacra poſſit; turbari autem per aditum, & frequentiam popularem non poſſit, & ita claudatur, vt nulla ex parte aditus ad illam, vel in eam niſi per directum ante altaris veſtibulum, vnicus pateat: cui etiam adhibeantur duo, vel tres cuſtodes de familia Epiſcopi Cardinalis cum mandato, & ordine prædicto, vt bene cuſtodiant, donec ad Eccleſiam Legatus, & Cardinalis Epiſcopus acceſſerint; tunc enim eorum clauigeri quos mazerios vocant cuſtodes erunt. Sed præſertim obſeruetur, ut quando Cardinalis ipſe pontificaliter eſt celebraturus; nunquam clerici pueri imberbes ad aliqua miniſteria, quantumcunq; minima, ac per eoſdem alijs temporibus deputatos fieri ſolita, admittantur: necnon mulieres quæcunq;, & quantæcunq; ſint, ſiue puellæ, aut matronæ, vel etiam aniculæ: quoniam de iure noſtro cerimoniarum mulieres intra ſacrarium, Pontifice celebrante admitti nequaquam debent;

nec etiam pauperculi aliqui eleemoſynam poſcentes, dum myſteria fiunt ingredi permittantur. Et ſi qui de clero, aut de populo iam prius ingreſſi fuerint, honeſte moneantur, vt locum dent miniſtraturis. Nulli quoqꝫ familiares eiuſdem Epiſcopi Cardinalis aut Legati intus adhibeantur; niſi tres miniſtri parati, & cappellani nouem in cornu epiſtolæ; & credentiarij tres, aut ſi placet quattuor apud abacum, & vnus cappellanus cerimoniarius, ac ipſe ſacriſta, & duo famuli poſt altare miniſtrantes carbones, pro thuribulo, & alia minora utenſilia. Pro Legato vero præſente in latere Euangelij cappellani aliqui, quot ei videbuntur, qui ſedebunt in gradibus altaris ante, & propè conſpectum Legati, & pauci admodum ſcutiferi ſtantes ad ſiniſtram eiuſdem poſt cappellanos. Clauigeri autem duo, vel quot placebit, ſuperuenientibus Legato, & Cardinali çelebraturo prolatis clauis argenteis ante aditum prædictum, ſtabunt cuſtodientes, & ſilentium dum opus fuerit indicẽtes, & dum aliqua mandata extrinſecus, ſiue alicui ex magiſtratu, ſiue ex canonicis intimanda deferuntur; ipſi vocato Cerimoniario indicant quicquid eſt, & ille deferat ad eos huiuſmodi mandata placide, ac quiete.

DE SACRAMENTO CORPORIS *Chriſti ex tribuna, remouendo, dum Epiſcopus eſt celebraturus ibidem.* Cap. XXVIII.

Dvm Cardinalis vel quiuis alius Prælatus pontificaliter celebraturus eſt, ſuper altari maiori Eccleſiæ Bononien̄. quoniam retro, & apud ipſum altare communiter ſacramentum locari ſolet; propterea ſemper ante initium rei diuinæ, præſertim miſſæ, vel veſperarū, in quibus ſeſſio ipſius Prælati ſuper faldiſtorio pontificali, ac altaris incenſatio interuenire debet, ſacramentum corporis Dñi noſtri Iesv Chriſti de tribuna amoueatur, & in alio loco a tribuna remoto (dū tamen reuerentiſſime) ponatur; quia alioquin regularis actio rei diuinæ alterabitur. Si quidem incenſatio non rite illo præſente fieri poteſt: Nam celebrans cum mitra rite incenſari non poterit, ob illius reuerentiam. Inſuper Epiſcopum celebrantem inhoneſte, & irreuerenter in faldiſtorio, ut ſupra locato ſedere oporteret, verſis ad ſacramentum renibus, cum Epiſcopus illo præſente ſemper ob illius reuerentiam ſtare deberet facie ad faciem conuerſus; & quia ipſum ſacramentum etiam incenſandū eſſet, neceſſario ſequeretur, ut Epiſcopus antequā altare, crucem, ac oblata incēſaret; ipſemet celebrās iret ad illud incenſandum, & ſine mitra inter eundum eſſet, quæ legibus cerimoniarum repugnant. Igitur ipſum ſacramentum omnino, præſertim in celebratione pontificalis miſſæ, & veſperarum, remoueri debet. Cæterum licet Eccleſię Bonon̄. mos ſit, vt ipſum ſacramentum in miſſis Dominicalibus, & ſimilibus per Diaconum Euangelij ſtantem ſem

 per

per incenſetur. Tamen religioſius meo iudicio fieret, ſi per celebrantem, & quidem genuflexum, maxime in principio miſſæ incenſaretur. quod ſi per Diaconum: ſaltem per ipſum genuflexum incenſetur, & non niſi cum triplici ductu thuribuli. Quæ omnia quamquam puſilla videantur; ſuum tamen habent myſterium.

DE POSITIONE CREDENTIAE SIVE ABACI, *& ornatu eius, ac utenſilibus deſuper locandis.* Cap. XXIX.

CREDENTIA, quam aliter Abacum vocāt, nunquam pro veſperis, ſed pro miſſa paratur, Tribunę congrua, ad ſiniſtram manum Epiſcopi ſedentis in faldiſtorio: & hoc regulariter, ac communiter fit, ſi loci diſpoſitio patitur; ſin autem, vt poteſt; dummodo prope celebrantem. Verumtamen puto in Eccleſia Bonoñ. celebrante Cardinali congrue collocari poſſe poſt faldiſtoriũ, ita vt ipſe abacus conuerſus ad populi conſpectũ, ſit poſt terga ſedentis in ipſo faldiſtorio. Et erit cõmuniter pro Cardinali lõgus palmis decẽ, vel duodecim: altus vſq; ad ſtomachum, vel quinq;, vel ſex, ſeruientiũ cum ſua eleganti mappa alba ſimplici, & non ſacra coopertus, circum quaq; vſq; ad terrã, appoſitis duobus, aut pluribus gradibus ſuper illo, vt placuerit: eleuatus, ac ſolidis tripodibus, & pedibus firmatus, ne ruat; vt vaſa magna, & pretioſa aurea, atq; argentea, tam ad ornamentum, & de-

corem

corem ſpectabilia, quàm etiam pro rei diuinæ neceſſitate vtenſilia, commode ſuperponantur. Sed nihil omnino paramētorum miſſalium ibi locabitur; p̃ter gremiale; calciamēta ſacra, & mitras duas; & biretum vnum rotundum (nō autem Gallico more, quadratum) baculum paſtorale; vaſa duo aqualia, ſiue bacilia, quæ fontes appellātur, pro manuũ celebrantis lotione; mappulas iiij. calicem cum patena. hoſtiariam cum hoſtijs. burſam cum corporalibus; & pallam cum purificatorio. ampullas pro vino, & aqua. thuribulum cum nauicula, & in ea cocleare cum incenſo, alijſq; vaporibus, odoriferis, & aromatibus, vt placebit; dūmodo fumus plus oleat de incenſo. Item vnum velum pro cappellano de mitra; aliud velum pro Subdiacono pro patena. Pacem argenteam. librum pontificalem pro pſalmis legendis; dum capiuntur paramenta. phialam vnā cum vino recenti pro ſacrificio. aliam cum aqua roſacea, & bene odoranti pro lotione manuum, vt ſupra. In angulis duobus abaci ſint duo, vel plura magna bacilia, & deniq; omnis generis vaſa vacua ad ornatum illius poſita. Itē in eiuſdem angulis, duo candelabra cum cereis ardētibus cōtinue ad ſimilitudinem illorum qui ponuntur ſuper altari. apud illum ſit vas vnum cum carbonibus viuis, & cum molliculis aptis ad ipſos carbones thuribulo commode imponendos: ſint etiam aliquæ candelæ pareq́, ſi Cardinalis illis inter legendum indigebit pro illuſtrando aere. Item funalia pro ſacramenti illu-

minatione, quot ſupra dixi. Quòd ſi magis Cardinali placuerit, ipſum abacum ampliorem præparare pro maiori ornatu, poterit; dum tamen duo tãtum lumina deſuper ardeant; & nulla crux, vel imago; neq; vllæ ſanctæ reliquiæ ſuperponantur ibidem.

DE PVLPITO, SEV LEGILI PRO EPISTOlis, Euangelijs, alijsq; cantandis, ubi, & quando poni, ac quotiens nudari, & cooperiri: Item de capitulis, & orationibus veſperalibus, ubi cantari debent. Cap. XXX.

NON eſt pulpiti, ſiue legilis locandi cura leuis; cum & in eius vſu, ornatuq; ac poſitione ſuus cerimonialis canon habeatur. Siquidem pulpito ipſo, ideſt legili, quo liber Euangeliorum, & Prophetiarum, ac lectionum ſuperponitur, noſtro tempore, nequaquam pro orationibus, nec epiſtolis, neq; capitulis ullis vtimur; ſed ſolum, & dumtaxat pro Euangelijs, cum diſciplina infra dicenda, cantandis; & ſolum in miſſa per Cardinalem ſolemniſſime celebranda: maxime ſi qui ex dignioribus canonici, ut Archidiaconus, vel Archipresbiter, qui ſunt in Eccleſia prælati, Euangelium cantabunt, quo caſu Subdiaconus amplexum pulpitum aduerſa facie tenebit. In miſſis vero, non per Cardinalẽ, ſed coram eo celebrandis, pulpito non vtimur pro Euangelio, ſed Subdiaconus loco pulpiti, etiam ſi fuerit canonicus; dummodo iunior, vel minor Diacono, miniſtrans librũ ſuſtinebit: Immo

pro

pro paſſionibus in Dominica palmarum, & aliįs tenebroſis diebus cantandis pulpito nõ vtimur: ſed tunc loco pulpiti, tribus vtimur cappellanis, qui p vices librum ſuſtinent. Item, & pro lectionibus matutinalibus quocunq; tempore, ac prophetįs in ſabbato ſancto recitandis, & pro benedictione cerei paſcalis eodem ſabbato fienda, pulpito vtimur, & nunquam amplius. Poſitio autem ſiue locatio huius pulpiti pro ſolis Euangeliis erit omnino extra presbiterium, & in veſtibulo .i. non intra ante murale, quod ibi presbiterium a ueſtibulo diuidit, ſed ante cornu Euangelij, ita vt Diaconus cantãs ſit cum bracchio dextro uerſus ipſum cornu Euangelij, & verſa facie ad Aquilonem, vnde panditur omne malum. Si tamen Legatus, vel Epiſcopus Cardinalis aut Metropolitanus proprius ſiue Rex, vel aliquis maximus vir, eſſet manens in ſede ampla ordinaria pro Legato aut Epiſcopo ad cornu Euangelij parata, aut alibi in quocunq; loco; quę ita diſpoſita eſſet, vt ipſe Diaconus cantaturus Euangeliũ vertere cogeretur de directo faciem ſuam ad ipſum manentem in ſede ampla; tunc omnino Diaconus auertat faciem ſuam ab illo: & ne ſit ad illum facie ad faciem conuerſus, locet ſe remotius, vel propius altari, aut ſi aliter fieri pro loci diſpoſitione nõ poſſit, uertat potius faciẽ ſuam, & ſe totũ ad altare, dũ Euangelium cantat. Pro undecim uero prophetįs ſabbati ſancti, & lectionibus matutinalibus totius anni, ac lamentationibus trium tenebrarum ſan-

ctæ ebdomadæ nequaquam in alio loco collocetur pulpitum, quàm in medio veſtibuli ante crucem, quæ eſt in medio ſuper altari poſita: non ante cornu epiſtolæ, ſicut eſt conſuetudo Eccleſiæ noſtræ, neq; intra duo capita chori apud canonicos, etiam ſi canonici cantarent prophetias, aut lectiones prædictas. Pro benedictione autem dicti cerei Paſcalis ipſum pulpitum legitime ponetur ſimiliter, extra presbiterium, & in veſtibulo; ſed ante cornu epiſtolæ, ita vt Diaconus cantans ſit verſa facie ad cornu Euangelij, extra quod ipſe cereus locandus eſt, & non alibi; nec aliter. Cæterum vt ſciatur quomodo, & quando veſtiri, ſeu cooperiri ipſum pulpitum, ſiue legile conueniat; dico q̧ in nullo actu, ſiue officio, quatumcunq; ſolemni pulpitum ornari, ſeu cooperiri debet; niſi pro ſolo Euãgelio, & pro benedictione cerei Paſcalis; quia tunc tegi debet panno aureo, aut argenteo textili, ſeu ſerico coloris eiuſdem, quo cętera ſunt paramenta officio, & diei conuenientia; ſed pro benedictione cerei Paſchalis cooperiri albo colore feſtiuo debet. Nullatenus vero cooperiri, aut ornari debet pro prophetijs, & lectionibus matutinalibus, quantũcunq; ſolemnibus; etiam ſi in nocte Natalis Dñi noſtri IESV *Chriſti*, aut ſi per canonicos aut Eccleſiæ Prælatos, vel per Epiſcopum Cardinalem, ac etiam ſi per ipſummet Legatum cãtarentur lectiones, aut prophetiæ: quod ſi aliquo caſu placeret Cardinali, vt pro epiſtola cantanda haberetur pulpitum; &

ſuper illo liber epiſtolæ cãtandæ poneretur (quod fieri non debet) tũc ſaltem placeat, vt illud nudum ſit omnino, & non coopertũ aliquo tegmento, ſiue pretioſo, ſiue mediocri, ſiue vili. Verum quoniam vſus habet Eccleſiæ noſtræ vt epiſtola, & orationes horarum, & veſperarum tam per canonicos, quàm manſionarios, & cappellanos quoſcunq; cãtentur apud pulpitum in medio veſtibuli choralis ordinarie, & continue ibidem locatum; ſuper hoc dico, ꝙ licet talis pulpiti poſitio legibus cerimonialibus repugnet: tamen in præſentia Cardinalis Epiſcopi, aut Legati, ſeu aliorum Cardinalium, aut Regum, & magnorum virorum, fieri non debet: in iſtorum enim præſentia, aut etiam in magnis feſtiuitatibus in eorum abſentia, ſaltem, legitimus ordo ſeruetur, vt videlicet, capitula omnia, & orationes omnes, non ante medium altaris; ſed ſemper, & expreſſe ante cornu epiſtolæ altaris cantentur: niſi quando Epiſcopus Cardinalis non paratus manens in ſede ſua ampla in cornu Euangelij uellet orationes veſpertinas, aut alias cantare, quia Epiſcopus non paratus ibi cantare, & non alibi debet. Demum, vt intelligant patres mei canonici, qua parte chori eum manere oportet, qui ex eis paratus ſacris ueſtibus veſperarum officia facit; & ſimiliter vbi cantare omnes veſperales orationes oportet. ſi legitime ſingula exequi, aut ſaltem ſcire volunt; ſciant ꝙ ſacerdos canonicus, ſiue mãſionarius, aut alius, qui paratus eſt ſacris veſtibus, celebrans officium veſperale, de-

bet non in ea parte chori, qua ſemper habet pro-
prium, & quotidianum ſtallum, vel in qua eſt pro
tempore chorus ebdomadalis; ſed ſemper, & omni
tempore in dextra parte chori.i.in illa, quæ oppoſi-
ta eſt cornui epiſtolæ altaris, & non quæ oppoſita
eſt cornui Euangelij, manere debet, & ibi veſperas
inchoare, mediare, & finire; maxime ibidem canta-
re capitulum, & orationes, & non apud pulpitum
in medio chori, ſeu veſtibuli, poſitum. Nam in pri-
mo ſtallo dextræ partis vt dixi, ſtans, cantare debet
capitulum, & orationes ex libro, quem aliquis cap-
pellanus in inferiori ſtallo manens, ante ipſum te-
nere debet eleuatum; qui cappellanus ſit mediatus
à duobus aliis cappellanis, ſiue clericis; aut ab vno
tantum tantum iuxta conditionem cantantis, vel
officij, quod fit, & ita ſatis legitime fient.

DE REGVLARI POSITIONE ET, ORNA- *tu altaris; ac paramentis tam celebrantis, quàm miniſtrorum, & aliys requiſitis diſponendis.* Cap. XXXI.

OMNE altare maius, & principale in eccle-
ſia qualibet ita regulariter locari coſue-
uit, vt qui ſuper eo celebrat, faciem ſuam
ad Solis ortum conuertat; quo caſu cornu dextrũ,
hoc eſt, Euangelij conſequenter ad Aquilonem re
ſpiciet; ſiue ipſum altare parieti adhęrens ſit, vt in
noſtra Cathedrali eccleſia; ſiue ſub tribuna, aut à pa
riete diſtãs, ut in eccleſia collegiata Sãcti Petronij.

Et cum dicimus cornu altaris dextrum eſſe, vbi epi ſtola legitur, tunc ratio celebrantis habetur, cuius dextra cẽdit ad ipſum epiſtolæ cornu. Sed proprie dextrum cornu altaris eſt, vbi Euangelium legitur, tamquam dignius; quod etiam patet ex dextra crucis ſuper altari poſitæ, quæ ad populum (vt eſſe debet) conuerſa, dextram ſuam ad ipſum cornu Euangelij protendit; quæ ſint pro regula cerimoniali dicta; cui adſtipulari videtur antiquorum vſus. Cardinali celebraturo altare quam feſtiuius poteſt, ornetur: citra tamen prophanas delitias, aut luxum ſuperfluum. Primo enim ſupra illud ab alto pendeat aliquod vmbraculum (quod baldachinum vocãt) pulchre compoſitũ. Item ſuper medio altaris omnino unica crux inſertis, vel appoſitis reliquijs; & ad eius latera per longum altaris aliquæ imagines ſanctorum: & ſi ibi erunt imagines Sancti Petri, & Sancti Pauli, obſeruetur omnino, vt imago Sancti Petri ſit locata in dextra parte crucis, & imago S. Pauli in ſiniſtra: pręſertim in Eccleſia noſtra cathedrali, prout fit. Item candelabra ſeptem ad plus: ſed non pauciora quam ſex, poſt crucem locata, & magis parieti proxima, ita vt imagines proximiores ſint celebranti, vt cum ipſe incenſat altare non impediatur à candelabris. In medio altaris citra crucem, ponuntur omnia paramenta pontificalia pro miſſa, ordine retrogrado, primo enim annulus, tum planeta, inde chyrotecę, & dalmatica, tunicella, ſtola, crux, pectoralis, cingulum, & alba. i. camiſus, vltimo amictus

ctus,& deniq; manipulus qui includitur libro euã-
geliſtario.Reliqua autem eius paramenta videlicet
caligæ,ſotulares,mitra,baculus,& gremiale, locan-
tur ſuper abaco vt ſupra. Præterea ſecundum ali-
quos conſueuerunt poni in cornu Euangelij para-
menta Diaconi ordine ſupradicto.i.manipulus,dal
matica,ſtola,alba,ſiue camiſus,& amictus; & etiam
in cornu epiſtolæ ſub paramentis Subdiaconi, plu-
uiale plicatum pro aſſiſteñ. & ſuper eo paramenta
Subdiaconi ordinata ſicut proDiacono dictum eſt
niſi ꝙ Subdiaconus non vtitur ſtola:Sed coueniẽ-
tius fiet,ſi celebrante Cardinali paramẽta miniſtro-
rum nullatenus ſuper altari, ſed aut ſuper abaco,
aut retro altare ſuper aliqua menſa ponantur, vbi
ipſi parentur. Quando autem alius Prælatus cele-
brat,poſſunt eorum paramenta ſuper altari eodem
diſponi.Tres autem libri videlicet Miſſalis,Euange
liſtaris,& Epiſtolaris,omnes vno colore tẽpori con
gruo cooperti ſint ſuper gradu altaris, ſub cornu
epiſtolæ cum vnico puluino eiuſdem coloris. Inde
circum circa altare per terram ſint tapetia ſtrata in
presbiterio, maxime omnes gradus altaris tegen-
tia, vbi miniſtri ſacrificaturi ſedere poſſint decen-
ter, & honeſte.

DE FALDISTORIO, ET EIVS *poſitione*. *Cap.* XXXII.

In hoc noſtro iure paſſim, & communiter ſedem Prælati cuiuſuis pontificaliter celebrantis: non quidem amplam, & eminentem: ſed preſſiorem, ac ſacris celebrationibus dicatam, ſimilē curruli illi, quæ in antiquis numiſmatibus inſpicit; cerimoniſtę aũt faldiſtoriũ appellant: ſed qua de cauſa, aut qua ethimologia ſic appellēt, ſeu quare nominis huiuſmodi primogeniam ſic figurent, haud ſatis conſtat; niſi fortaſſis eam unius literę ſubditítię vitio adulteratam diuinare velimus; vt videlicet pro faldiſtorio fandiſtorium dicamus, quod ſcilicet interprætemur pro loco fandi, ſicut conſiſtorium pro loco conſiſtendi. Verum ne potius hoc; quam illo, aut alio modo, aut ē cõtra vſurpemus; ſatis eſt ꝙ per hanc qualemcunq; dictionē ſedes deſignantur pontificalis celebrationibus dicata, & hæc ſemper locari debet ad cornu altaris ſiniſtrum, quod eſt epiſtolæ; ita, vt ipſe celebrans habeat ad dextram ſuam altare, cui honorē defert, & ſic locari cũ moderamine debet, vt poſt renes ſuos celebrans non vtiq; altare habeat, ſed nec etiam nimis ante faciem ſuam, ſic vt ab omni populo ſedens ipſe videatur. Commode ergo locabitur, ſi pedes celebrantis ſint æquales ſecundo gradui altaris, & omnino locetur ipſum faldiſtorium, ut celebrans ſuper illo ſedens, vertat faciem ſuam, ſicut eſt altaris frontiſpicium; non autem ſemper ad populum, nec ſemper ad corpus Eccleſiæ; ſed vt ſupra, Nam in eccleſia noſtra Cathedrali Bononień.

vbi altaris frontiſpicium.i.pars anterior reſpicit ad populum,ſiue ad corpus Eccleſię;tunc ibi celebrãs dum ſedet, vertit faciem ad corpus Eccleſiæ, & ad populum:ſed in eccleſia Sancti Petronij collegiata vbi altaris frontiſpicium.i. pars anterior non reſpicit ad populum,ſed è contra, nam pars altaris poſterior verſa eſt ad populum;ſimiliter ipſe celebrãs nõ frontem, ſed humeros ad corpus Eccleſiæ.i. ad populum vertet, quod etiam in omnibus locis pari ratione ſeruabitur. Inſuper faldiſtorium ipſum coopertum ſit de colore aliorum paramentorum, & ſub pedibus ſuis habeat,præter grandia tapetia, pauimentũ vniuerſale tegentia,aliud,paruũ,& pulchrius tapete ad longum ante faciem domini extenſum,quod eſt priuilegium Cardinalium Epiſcoporum; non aut aliorum minorum prælatorũ.Et ſi gradus altaris tres,aut plures erunt: tunc fiat vnus ſuggeſtus, ſeu tabulatum ligneum altum,ſicut eſt gradus vnus infimus altaris,vel duo vt placet; & ſuper eo faldiſtorium imponatur, ita vt ſedes Cardinalis modicum altius emineat ob præeminentiam Cardinalis: non autem ſic,ſi alius Prælatus celebraret.Demum faldiſtorium iſtud à loco nunquam inter miſſam remouetur, niſi poſt finitam rem omnẽ diuinam, & quia non decet Epiſcopum ſuper illo nimis profunde incubare,Ideo ſeſſio eius cum vno, vel etiam duobus puluinaribus, ut opus,erit coopertorio ſuppoſitis eleuetur, vt altius ſedeat.

De sede Legati, et eius poſitione. Cap. XXXIII.

Legati ſedes ampla locabitur in parte dextra altaris .i. intra Presbiteriũ verſus Euangelium, habebitq; duos tantum gradus, & non plures: nam regulariter ſoli ſedi papali (quod ſolium vocatur) apponuntur gradus tres, quæ eſt Papæ prærogatiua: ea ſedes non erit cameralis nec auro ornata, vt ſunt ſedes geſtatoriæ; ſed alta cathedra cum poſtergali eleuato circumquaq; tapetibus, vel pannis ſericis raſis, non autem villoſis, nec ex auro textili ornata: gradus quoq; tapetibus, ſeu pannis, vt ſupra ornatos, & tres puluinos, videlicet vnum ſerico villoſo coopertum pro genuflexione, & alium ſimilẽ pro accubitu habens; & tertium maiorem pro ſeſſione. Quod ſi caſus aliquis occurrat, vt aliquis Rex, Dux, vel maximus princeps, ſeu etiã noſter Reuerendiſs. D. Cardinalis Epiſcopus Bonoñ. non celebrans, vel alius Cardinalis ſimul miſſę adſit; tunc ſimiliter poterimus aliquod tabulatum, vel ſuggeſtum altitudine duorum graduum in eadem parte erigere, capax tot ſedilium, quot ibi ſeſſuri ſunt Dñi; & remota ſede Legati ampla ponere totidem ſedes ſimiles camerales æqualiter altas, ſedem vero Legati paulo altiorem .i. circa medium palmum; præcipue ſi alius Cardinalis quàm noſter Bonoñ. adſit. Ita tamen ꝙ ſedes Legatus ſit propior altari; quo caſu

habebit ad dextram ſuam Regem, vel Cardinalem Epiſcopum Bonoñ. qui licet ad dextram Legati exiſtens videatur eſſe in loco digniori, & ſupra Legatum; tamẽ nõ eſt in veritate, quia locus ille dignior eſt, qui eſt magis propinquus altari in omni caſu.

DE SEDE CARDINALIS BONONIEN. *Epiſcopi non celebrantis.* Cap. XXXIIII.

MEMINI cum adhuc puer eſſem Philippum Cardinalem olim Bonoñ. Epiſcopum, Sanctę memorię Nicolai pp. V. fratrem, & poſt eum aliquando Sanctiſs. D. N. Iulium II. In præſenti glorioſe ſedentẽ, tunc Cardinalem ſimiliter Bonoñ. Epiſcopum uidiſſe in vltima ſede chori extra veſtibulum, ſiue antemurale presbyterij directa ante cornu epiſtolę ſedentes, quod etiam ab antiquis Eccleſiæ noſtræ canonicis, & alijs audiui, & legi ſic in ipſa Eccleſia cõſueuiſſe, vt Epiſcopus Bonoñ. pro tempore quantumcunq; Cardinalis, ſemper in loco illo humili ſedeat, ſiue præſente, ſiue abſente Legato, & nõ in ſede ampla poſita ad cornu Euangelij. vt de Legato dixi: immo etiam ipſo Legato abſente eundem Cardinalẽ Epiſcopum dicunt in prædicto loco ſediſſe: relicta Legati abſentis ſede vacua. Quod tamen non videtur legitime ordinatum fuiſſe, cum ipſa ſedes Epiſcopi maxime Cardinalis ſemper locãda ſit ampla ad cornu Euãgelij cum duobus gradibus, & intra presby-

terium, & non ad cornu epiſtolæ; niſi Legato præſente, vbi quia loci diſpoſitio non patiatur, aut alioquin non videatur, q̃ Legatus, & Epiſcopus Cardinalis ſimul ſint in vno, eodemq; ſuggeſto, vt ſupra dixi, tunc.n. Epiſcopi Cardinalis ſedes ſimiliter ampla cum duobus gradibus, & intra presbiterium locabitur ad cornu epiſtolæ, ea tamen moderatione habita, vt ſedes Epi Cardinalis ſit magis preſſa, & humilis, ſpatio medij palmi, & diſtantior ab altari, adeo vt quaſi ſubſit; & ſuccedat immediate ſedi Legati in oppoſito locatę. Verum pro humanitate Epiſcopi Cardinalis qui eſt domi ſuę, ſiue in Eccleſia propria, poterit ipſe Cardinalis Epiſcopus honorare Legatum tam ratione Legationis, quàm cõſuetudinis inter ipſos Cardinales mutuę, & plurimum circa huiuſmodi honorationes obſeruatæ. Itaq; poterit ipſa ſedes Epi Card. & humilius locari & parcius ornari, vt placuerit Epo Card. & hoc ſeruetur quando Legatus eſt præſens dũtaxat. Abſente autem Legato, Eps Card. Bonoñ. ſedere debet, vt ſupra, in eadem ſede, quam dicũt eſſe Legati ad cornu Euangelij poſita, non autem in extremitate chori extra presbiteriũ, ante cornu epiſtolæ, quæ illic poni nequaquam debet; quia ſequeretur q̃ eo ibi ſedente omnes officiales ciuitatis, & populi Bonoñ .i. Locumtenens Legati, Vexillifer iuſtitiæ, & Prætor, ac Antiani, qui omnes ſedẽt in oppoſita parte, quæ eſt dignior, habito reſpectu ad cornu Euangelij, ſupra Epiſcopum Cardinalem ſederent, quod

non conuenit cum ſint minores Pontifice Paſtore, & patre ſuo. Immo conuenit eoſdem officiales ciuitatis, & populi præſente Epiſcopo Cardinali ſedere debere in ſiniſtra, ideſt in illa parte chori; quæ eſt oppoſita cornui epiſtolæ; ſed i dextra ſedere debēt Prælati ſi qui ſunt, Epi Card. quaſi facientes vnum chorum cum Epiſcopo ſuo. Si vero alter Card. non Legatus adſit ſimul cum Epiſcopo Card. tunc fiat omnino ſuggeſtus prædictus; vbi ambo Cardinales ſimul ſedeant; dum tamen ipſe Epiſcopus Card. Bonoñ. det ex ſua humanitate primum locũ Cardi hoſpiti, ſicut etiam Legato dediſſet; & ꝙ æquales ſint ſedes amborum: quo caſu Eps Card. non faciet confeſſionem cum celebrante; nec ponet incẽſum; neq; benedicet Diacono, nec habebit circulos canonicorum; & deniq; ob honorem illius hoſpitis Card. cui non competunt præeminentiæ ſacræ in aliena Eccleſia, ab omnibus ſe abſtinebit; & tunc ēt non dabit benedictionem apud ſedem; ſed apud altare. Ex ipſis autem duobus ibi ſic ſedentibus dignior erit proximior altari: & hæc honoris delatio eſt de particulari Cardinalium conſuetudine, ut ēt in ſuis Eccleſiis ordinariis, & titularibus alios Card. honorent. Secus autem fit, ſi Epiſcopus ordinarius non ſit Cardinalis ſed ſimplex Prælatus, quia nulli Epiſcopo, nec etiam Archiepiſcopo cedere debet in Eccleſia, ac ciuitate, & diœceſi ſua; niſi ſoli ſuo Metropolitano, ut ſequenti capitulo plenius dicã: & tũc ipſe ſimplex Eps pręſente Legato ſedebit, nõ

in ſede apoſtolica ad cornu epiſtolæ, ſed aut proximus Legato in ſede camerali cum tapete ſuppoſito aut (ut ipſe Epiſcopus humanius agat) cum Prælatis Legati in eadem parte chori cum Legato ſedentibus, ſedebit, primus tamen omnium, ſed tunc ſine tapete. Abſente uero Legato ipſe Epiſcopus ſimplex ſedebit in ſede, & loco, quem dicunt eſſe Legati; remoto tamē uno gradu ſedis, ita ut ipſa ſedes ampla unum dumtaxat gradum habeat. & ſimiliter officiales erunt in latere epiſtolæ ſicut Epiſcopo Card. præſente. Quod ſi aliquis Card. non Legatus adſit præſente Epiſcopo ſimplici; tunc ſimplex Eps dimiſſa Legati .i. ſua ſede, ipſi Card. in qua alioquin ipſe, vt ſupra, ſedere ſolet; ſedebit in parte epiſtolæ in ſede ampla, non tñ æquali illi Cardinalis, & hoc propter actum ſacræ benedictionis, quam Epiſcopus populo ſuo ibi impartitur: niſi potius apud altare benedicere velle, vt ſupra dixi de Epiſcopo Cardinali Bononieñ.

DE DIVERSITATIBVS ANTELATIONVM

inter Cardinales, & Prælatos in eorum Eccleſiis: Necnon de habitu, & colore capparum, quibus, qualiterue, ac qñ Card. & Prælati tam intra, quã extra rem diuinam utuntur apud Eccleſias ſuas. Cap. XXXV.

CARDINALES tam in ſuis vrbis titularibus, quam extra vrbem cathedralibus Eccleſiis inter ſeipſos, diuerſum, ac pene contrarium

trarium morem habent ab aliis Eccleſiarum Prȩlatis,quo ad præcedentias,& ante lationes. Nam Cardinales in Eccleſiis eorum titularibus vrbis;in quibus de iure communi ſunt tamquam Epi, & ibidē ordinariam iuriſdictionem exercere poſſunt,& exercēt;omnibus Cardinalibus huiuſmodi Eccleſias titulares viſitantibus,quantumcunq; promotionis tempore,& ordinis gradu minoribus, & inferioribus,cedunt indifferenter, & ſub omnibus ſedent, ac in vltimo loco manent. Quod etiam extra vrbē in Eccleſiis eorum cathedralibus,quantumcunq; illas in commendam habent,ex mutua humanitatis delatione inter ipſos ſic inueterata facere cōſueuerunt.Crederem tamē eſſe excipiendos. VI. Epos Card.ex omnibus primos quorum dignitati Cardinalàri ſex Eccleſiæ Epiſcopales ſunt annexȩ, videlicet Oſtieñ.Portueñ. Sabineñ. Præneſtiñ.Tuſculañ. & Albaneñ. qui iudicio meo aliis Card. ipſas Eccleſias viſitantibus cedere non debent. Hanc tamē deciſionem mihi in præſentia non uendico. Secus autem ſeruant alii eccleſiarum cathedralium Prælati non Cardinales;qui ipſi ſi epi ſunt .i. conſecrati, ſunt in ordine pontificali, nullis ad ſuas eccleſias cathedrales,ac ciuitates, & dioeceſes uenientibus, aut in eiſdem commorantibus Prælatis omnino cedunt,quantumcunq; Patriarchis,Archiepis,& aliis antiquioribus epis, etiam in promotione ſenioribus;niſi ſoli ſuo metropolitano; cui in pluribus cedunt.Sed Pontifici Romano non ſolum in eccleſia

&

& in ciuitate;ac diœceſi, uerum in diſtrictu,ſeu exarchatu exiſtenti in omnibus penitus, & omnino cedere;& ab omnibus praeeminentiis, ac etiam antelationibus,& benedictionibus abſtinere debent. Quam theoricam dum anno præterito Sanctiſs.D. N.Iulius Bononiam iret, & inde ad vrbem rediret, aliqui ordinarii in ſuis Eccleſiis, & ciuitatibus, ac diœceſibus obſeruare voluerunt,vt nullis Prælatis & ętate,& gradu, & ordine in maioribus cederent; cum quibus non nulli tam Cardinales, quàm Prælati,& digni viri aſſentire uidebantur: tamen ſalua reuerentia,& iudicio ſaniori tunc mihi nullatenus viſum fuit, ꝙ Epi in ſuis Eccleſiis pręeminētiam ante ſeniores Epos haberent pſente ibi papa, ſed omnes irent, & ſtarent iuxta ordinem ſuæ promotionis,tamquam in Romana Cu. tū quia vbi papa,ibi curia tunc etiam quia Papa eſt ubiq; ſummus ordinarius,quod maxime videre licet in Eccleſiis vrbis titularibus,vbi Card.titulum habens, ſe ut ordinarium exercet in perſonali abſentia Papæ. Eo verò pręſente in illa Eccleſia ab omnibus ſe abſtinet cedens Papæ tamquam primati ſuo. Cæterum Card. noſter Epiſcopus Bononień. in Eccleſia ſua cathedrali, aut alia intra ciuitatem auditurus rem diuinam,maxime ſolemnem, aut ad proceſſionē iturus ſemper cum cappa caudata, & cucullata; qui eſt proprius Cardinalium habitus, indutus eſſe, & nunquam cum mantello, qui non eſt habitus eccleſiaſticus, nec rei diuinæ conueniens,eſſe debet: ſicut

ſicut nec etiam ſine ſuperpellicio canonici diuinis officijs debent intereſſe. Si vero miſſam lectam ſimplicem auditurus accedet; tunc nũquam in rochetto diſcooperto erit publice, ſed in mantello cum capitio, quod mozettam vocant, eſſe poterit coloris tempori congruentis; & hunc habitum conuenientiſſime, & religioſiſſime defert Reuerẽdiſſimus D. Card. Bonoñ. noſter, cuius vita in omnibus eſt virtutis exemplum. Color autem capparum intra totum ferme annum communiter, & regulariter ſit violaceus, quem Bonoñ. morellum vocant; tamen clarior, & obſcurior iuxta qualitatem temporum, & ſolemnitatum. Rubeo vero parcius, & rarius vtatur: nam ipſe rubeus color à temporibus Pauli ij. citra, vt legimus ceptus eſt à Card. deferri; qui ſolis Legatis apoſtolicis antea debitus erat, & à pontificibus Romanis propterea quaſi pro quodam ſpeciali, & ſingulari munere gratioſe prius concedebatur; & quidem raro: deinde amplior libertas obrepſit, vt non niſi de ſerico caprino, vel camelino, qđ camelottum appellamus, cappas deferrant. Dies vero, quibus Cardinalis cappa rubea, ſiue lanea, ſiue de camelotto vti poſſit intra rem diuinam hi ſunt, videlicet a vigilia Natiuitatis in veſperis, vſq; ad Epiphaniam incluſiue. In cathedra S. Petri, & omnibus ſolemnitatibus Apoſtolorũ Petri, & Pauli; quia ſub horum nominibus Eccleſia Bonoñ. inuocatur; & dedicatione eiuſdem Eccleſiæ: in tribus diebus Paſcę Reſurrectionis: in die Aſcenſionis, in tribus die-

bus

bus Penthecoſtes, In feſto Trinitatis, Corporis Chriſti, Aſſumptionis Virginis Mariæ, In veſperis vigiliȩ, & miſſa tantum diei omnium Sanctorum, Creationis, & Coronationis Papæ tunc viuentis. Cȩterū poterit hac vti moderatione, vt in diebus, quibus Eccleſia mœſta, ac lugubris eſt, vt in veſperis, & miſſa pro defunctis, & in Anniuerſario Pontificis vltimo defuncti; & quando ipſa Eccleſia eſt circa myſteria paſſionis occupata, maximé à Dominica de paſſione vſq; ad Sabbatum ſanctum incluſiue; cappa non de camelotto, quantumcunque violaceo, ſed omnino lanea vtatur. Hoc quoq; non prætermittat, vt propter mœſtitiam priuatā ex domeſticorum, vel conſanguineorum funere aliquatenus nō mœſtificet, aut contriſtet publicam Matris Eccleſiȩ lætitiam, nec ob hoc dimittat colorem cappæ ſuæ feſtiuum. i. rubeum, lætitiæ communi conuenientem; quia ſi Mater Eccleſia vniuerſalis gaudet, etiam ipſum congaudere oportet, qui eſt eius filius; aut ſi particularis Eccleſia ſua ſponſa lætatur, vt in diebus dedicationis, & ſimilibus; ſimiliter, & ipſe ſpōſus collætetur. Super quo poterit Card. ſi ex priuato funere triſtis erit, intereundum ad rem diuinam colore quidem mœſto, i. panno violaceo indutus eſſe: in loco uero celebrationis depoſito mœſto induere rubeum, & feſtiuum. Quo moderamine, & ſtylo Cardinales plerumq; omnes noſtro tempore intra vrbem utuntur. Prætereà in mediocribus, vt Apoſtolorum, & reliquis glorioſæ Virginis Mariȩ

ſolemni-

ſolemnitatibus, & beati Io: Baptiſtę, & ſimilibus colore poſſet vti eo, quem roſam ſiccam, ſeu roſinum vocant, qui eſt inter violaceum, & rubeum medius, quo colore.ſ.roſa ſicca noſter Bonoñ. Ep̄s antequã Card. eſſet vti potuiſſet, vel quiſq; alius Ep̄s non Cardinalis. Nam libere iſto roſæ ſiccę colore in cappis caudatis poſſunt vti ſimplices Eccleſiarum Prælati in ſuis Eccleſiis dum ad rem diuinam accedũt, eiq; interſunt: ſed in illis tamen diebus tantum, quibus Cardinales rubeis vtũtur. Nam ipſi Prælati nullatenus rubeo colore, nec camelotto cuiuſcunq; coloris vti poſſunt, nec debent. Color enim violaceus ſiue celeſtinus proprie Pręlatis intra totum annum conuenit, exceptis diebus ſupra enumeratis, quia tunc roſa ſicca vtentur. De habitu quoq; Prælatorum, & quali, ac de cappis eorum, & quando induti eſſe debent idem dicimus, quod de Card. Bonoñ. diuino officio præſenti, dictum fuit.

DE LOCIS OFFICIALIVM BONONIEN.
& Oratorũ ibidem exiſtentiũ, Prælatorumq;, ac Quadraginta Conſiliariorum de regimine Bonoñ. Cap. XXXVI.

LICET ſupra ſatis dictum ſit, vbi eſſe debeat locus officialium Bonoñ.i. Locumtenẽtis, Vexilliferi iuſtitiæ, ac Prætoris, & Antianorum: Tamen ut melius ſinguli prædicti, ac etiam Pręlati Legatum, aut Cardinalem Epiſcopum Bononiẽñ: ſequentes, aliiq; Prælati, & Quadragin-

ta Conſiliarij loca ſua intelligant;ſcire debẽt q̃ ipſi officiales conuenienter ſederent in parte, in qua Legatus ſedet, quaſi vnum chorum ſimul cum Legato facientes. Prælati vero tunc tam Legatum, q̃ Epiſcopum Cardinalem ſequentes, decenter ſederent in ea parte, in qua Epiſcopus Cardinalis ſedet, & ſub eis Quadraginta Conſiliarij. Abſente uero Legato, quia Epiſcopus, ut ſupra dixi, ſedere debet in cornu Euangelij in ſede, quam Legati eſſe dicunt; ipſi officiales ſedebunt in altera parte chori directa cornui epiſtolæ; & Prælati omnes, ſi qui ſunt, præter Eccleſiæ canonicos Prælatos, qui cum canonicis ſedent; ſedebunt in ea parte chori, in qua eſt Eps Cardinalis, & ſub ipſis Prælatis ſedebunt Quadraginta Conſiliarij. Abſentibus vero ambobus videlicet Legato, & Epiſcopo Card. ſeruetur vſus ciuilis, vt placet magiſtratui, & ciuibus ipſis. Cæterum ſi qui Oratores Cęſarei, aut Regij, ſiue Ducales, & alij quicunq; liberarum ciuitatum, ſeu communitatũ, vt Florentini, Senenſes, & Lucẽſes, ac alij quotquot interfuerint rei diuinæ: tunc ipſi Oratores continuabunt in eodem banco ſedentes ſupra Vexilliferum iuſtitiæ poſt Gubernatorem, ſiue Locumtenentem præſentem, qui tenet locum Papæ, ſiue Legati. Quòd ſi Bonoñ. Magiſtratus ĩ hoc Oratoribus omnibus cedere nolit; ſaltim obſeruare placeat vt quemadmodum aliqui Domini ſunt eodem magiſtratu ſuperiores, & maiores, ſic, & eorum Dñorum oratores ſupra Magiſtratum ſedeant, ut Orator Imperialis;

perialis,& orator Regius,ac etiam Ducalis ſit ſupra Vexilliferum,quiſq; ordine ſuo:ſi vero aliquis ſuo iudicio,inferior adſit,vt Senenſi uni, & Lucenſium & ſimilium; tunc ex rigore mero ciuitatis Bonoñ. ille Orator Senenſis, ſiue Lucenſis,ſit(quamquam male)infra Vexilliferum,& etiam infra Poteſtatem ſed ad minus ſupra Antianos populi, ratione ſaltē humanitatis;quę regula apud cappellam Papalem, quæ eſt omnium rituũ princeps,& magiſtra;illibate ſeruatur.Quod ſi noſter Bonoñ. Magiſtratus legem,ac cenſuram prędictam ſeruare nolit,ſeruet vt libet,ritũ ciuilē,tametſi abuſiuũ, niſi in talibus à ſede Apoſtolica priuilegiatus eēt,ſed mihi nō cōſtat.

DE SVFFRAGANEO CARDINALIS EPIſcopi Bononieñ.*&* loco,habituq;,ac præeminentijs, *&* de diſciplina eiuſdem,tam præſente, quàm abſente Cardinali ſeruandis. Cap. XXXVII.

SVFFRAGANEVS Card:Bonoñ. Epi diuino officio pręſentis nullum honoris, aut præeminentiæ locum habet tamq̄ ſuffraganeus, ante alios Prælatos; ſed inter illos ſtat,ſedet,& vadit iuxta ordinem ſuę promotionis; quod etiam ſeruatur vbicunq; in ciuitate, vel diœceſi ſit in præſentia Cardinalis Epiſcopi niſi forte vices Epiſcopi,vel aliquod diuinum exerceat,& ſi in Eccleſia nullus Prælatus præter ſe ſit cũ Cardinali tunc ipſe non apud canonicos, ſed tam-

quã quiuis Prælatus ſimplex ſtat, vel ſedet apud ſedilia pro Prælatis, vt ſupra deputata: dummodo nõ ſit ſolus, ſed habeat ſecum aliquem, vel aliquos dignos viros; & deniq; nullus ſpecialis honor, nec vlla particularis præeminentia ſibi debetur; niſi vt alijs ſimplicibus Prælatis. Abſente vero Card. Epo, ipſe Suffraganeus, vt Locumtenens epi honoratur vbiq; cum moderamine tamen, ac modificatione ſequenti. Primo enim non excipitur a canonicis vſq; de cubiculo ſuo, ſicut Card. epiſcopus; nec poſt miſſam eò reducitur. Intra rem diuinam non ſedet; nec ſtat in alio quoquam loco, niſi intra chorum, & in ſtallo chorali cum canonicis primus ſupra illos, ita vt ab illis nullo ſtallo itermedio diſtinctus ſit, quẽ immediate Archidiaconus, aut Archipresbiter, vel canonicus ſenior continuat; neq; ſit in aliqua parte chori, aut ſuper cancello, ſiue ſtallo, ſiue ſede portatili, ſiue ſcabello, vel faldiſtorio ſedẽs, vel ſtans; ſed omnino cum illis; niſi paratus pontificalibus ornamentis officium faceret: quia tunc apud faldiſtorium ſuum, iuxta altare, & non alibi ſedere, & ſtare debet. Apud vero canonicos ſtans, vel ſedens tapete habet; niſi officium eſſet pro defunctis, ſine tamen puluino ſub ſe, & ſine libro ante ſe. Cum tamen duos, aut vnicum cappellanum ſuum habitu quotidiano indutum poſt, & apud ſe habet; extra ordinem ſtallorum choralium ſtantẽ: non recipit circulos, nec aſſiſtentiam canonicorum. Confeſſionem facit ſtans cum prædicto ſuo cappellano genuflexo

nuflexo; & nullatenus cum celebrante, aut cum ca-
nonico, niſi apud ſe haberet aliquem ſui ordinis
Prelatum; quia ipſi ambo confeſſionem tunc ſtãtes
ſimul faciunt. hymnum angelicum. i. *Gloria in excelſis*,
Credo, ac *Sanctus*, & *Agnus*, cum ſolo proximo canonico,
vel p̃lato proſequitur detecto capite. In pacis oſcu-
lo ipſe primus omnium à ſolito pacis datore capit
illam, quam nulli canonico dat; niſi aliquis Præla-
tus apoſtolicus, ſui ordinis apud ſe ſit; quia ei ſoli
pacem dat, & nõ alteri. Ille. n. pacis dator miniſtrat
eã primo canonico, & alijs, vt ſupra. Ante epiſtolã
cantatam non porrigit manum oſculãdam Subdia-
cono; nec poſt cantatum Euãgelium oſculatur tex-
tum: neq; tunc incenſatur: Incenſantur autem ſolũ
poſt offertorium ſimul cum alijs in miſſa, & poſt in
ceptum canticum in veſperis; ſemper tamen cum
triplici ductu thuribuli, & ab eo, qui omnes alios
incenſat, & nunquam aliquem inuitat ad prius ca-
piendum honorem, niſi ſui ordinis Prælatos. Cano
nici vero incẽſantur cum duplici thuribuli ductu.
Singulis canonicis ei reuerentiam facientibus, non
cum manu benedictionem facit, ſed detecto capi-
te congruenter aſſurgens reſalutat; niſi eſſet intra
diuina myſteria celebrans. Alijs autem, vt par eſt,
(ſine tamẽ benedictione) correſpondet. Cum ſtan-
dum, vel ſedendum eſt, ſtat, & ſedet, vt alij. Si ex ca-
nonicis aliquis ſit Prælatus apoſtolicus ſenior, aut
dignior ipſo in prelatura, vt Archiepiſcopus extra-
neus; ipſe quidem Suffraganeus in choro precedit,

ſed alibi:quiſq; eſt in ordine, & gradu ſuæ promotionis. Canonico ſeu manſionario, aut cuiq; cappellano in pluuiali parato, & officium veſperarum, aut aliud diuinum faciente, ſubeſt dans locum honoris. Sed in fine officij Suffraganeus ipſe concludit officium dicens. *Dñs det uobis ſuam pacem*, vel *Fidelium animæ*, &c. Nunquam tamen aliquo die inchoat officium veſperarum, nec matutinarum, nec horarũ deniq; aliquarum. Item licet Epiſcopus ordinarius aliquãdo (quod tamen non laudabile cenſeo) intereſſe velit diuinis officijs in rocchetto diſcooperto cum capitio, & ſine cappa, ac ſine mãtello; tamen Suffraganeus id facere non debet, nec põt. Habitus autẽ Suffraganei ſecularis præſente Card. Epõ ſit quotidianus, videlicet cum mãtello, & capitio ſimul; quo nunquam careat, circa humeros extenſo de colore conuenienti, non autem cappa caudata, quæ eſt habitus eccleſiaſticus. Abſente uero Cardinali crederem conuenienter fieri, ſi Suffraganeus chorum ingreſſus poſt orationem ante gradus altaris factam apud locum ſuum prædictum, cappam de panno, & colore violaceo, ſiue celeſtino cucullatam, & caudatam prælaturalem induat, & cum ea rei diuinæ interſit; q. ſi cappam prius induerit, quàm chorum ſit ingreſſus; tunc nullatenus caudam ſibi deferri per aliquem faciat, ſed ipſemet illam ſub brachio ſiniſtro obuolutam portet, & ſic ad ſtallum proficiſcatur. Si autem Suffraganeus ſit ex aliquo ordine regulari, tunc indutus ſit habitu ſuæ regulæ, extra-

cto tamen cucullo de ſublimitate mantelli, & circa humeros,& pectus capitio,ſiue mozetta exteſa; & ſi monaſticus ſit, tunc cappam de panno nigro cum cucullo pellibus nigris ſuffulto induet, vt ſecularis.Idem facit,ſi eſt canonicus regularis.Finito vero diuino officio ibi cappam exuit, vbi eam accepit,& recedit cum mantello quotidiano, & capitio non autem cucullo regulari, quia nunquam in publico illum portare debet. Et quęcunq; ſunt de Suffraganeo Card.Bonoñ.dicta;puto ad omnes aliarũ quarumcunq; Eccleſiarum Suffraganeos ſimpliciũ Prælatorum extendi poſſe.

DE EPISTOLA, VBI, ET QVALITER *Cardinali celebrante cantanda, & de graduali ſolo,quando per Epiſcopum legendo,& de tonis eorum,quæ inter epiſtolam, & Euangelium cantantur à choro.Cap.*XXXVIII.

Vsvs habet Eccleſię Bonoñ. ut epiſtola cantetur in alto diuerſorio apud organum, ſed quia aliqualis eſt ab organo ad altare diſtantia : Ideo non ab re eſſe crediderim ut maxime Epiſcopo celebrãte potius apud altare.i.extra presbyteriũ, & in ueſtibulo ante cornu epiſtolæ altaris, ipſa epiſtola cantetur per Subdiaconum canonicum, qui, ſolo cerimoniario aſſociante,ſibimet librum teneat, dum illam cantat.Si.n.apud organum eundum eſt, ubi non modica eſt uiæ diſtantia ; cum in talibus miſſæ ſolemnibus

bus ſoleat magnus eſſe populi concurſus, non facile, nec cito Subdiaconus poſſet epiſtola finita ad Epiſcopũ redire; ita vt eius manu oſculata poſſit librum illi offerre pro lectione gradualis, & verſuũ antequàm Diaconus præparare ſe habeat ad ſuum Euangelium cantandum: Ideo videtur ꝙ omnino apud altare extra presbyterium cãtetur; qua finita, factis reuerentijs, oſculatur genuflexus manum celebrantis ſuper librum poſitam. Et mox epiſtolari libro depoſito, miſſali vero ſumpto, ſolus ſtans ſedentibus omnibus cappellanis miniſtris, illum tenet, quoad Card. Epiſcopus legerit epiſtolam, vſqꝫ ad Euangelium incluſiue. Pro quo ſciatur, ꝙ licet in libro pontificali expreſſe dicatur, ꝙ pontifex can tata epiſtola, debet illam legere, & graduale, ac Euãgelium, Tamen id non eſt indiſtincte verum: ſed tãtum quãdo ipſemet pontifex perſonaliter celebrat, vt nunc: Nam ſi ipſe nõ celebrat, ſed miſſæ intereſt, non legit epiſtolam, neqꝫ Euangelium; quia ſatis audiuit, dum cantaretur; ſed tantum illud, quod cãtat chorus; ſuper quo vide omnia, quæ notabo infra in capitulo de libro miſſali ante Cardinalẽ &c. Propterea illud non omittatur; ꝙ in expreſſis eſt cerimonialibus regulis difinitum, videlicet ꝙ graduale debet cantari in tono Gregoriano ſimplici preſſo, & graui, ac potius aſpero, lamentabiliqꝫ; q̃ feſtiuo, aut q̃ modulatis vocibus elato. Graduali finito primum, & vnicum *Alleluya* cantatur q̃ feſtiuiſſime. Item verſus, qui ſequitur, cãtatur in tono iocundo,

& aperto.i.quãtum poteſt fieri inter triſtem, & mo-dulatum medio. *Sequentia* cantantur ſuaui, dulciq; cã tu. Duo vltima *Alleluya* cantãtur feſtiuiter quidem, ſed minus iubilanter, q̃ primum. vltimo tractus, qui tempore eccleſiaſticæ mœſtitiæ cantatur; quia miſeriam vitæ præſentis inſinuat: ideo cum vocũ aſperitate, & verborum prolixtate cantatur. Quæ bene notanda ſunt, quoniam omnia ſacris ſunt plena myſteriis.

DE EVANGELIO CANTANDO, VBI, ET *qualiter, ac pro quibus Euangelijs præfamur uerſum, uidelicet In illo tempore.* Cap. XXXIX.

SIMILITER idem habet vſus, vt apud organum in alto Eccleſiæ Euangelium cãtetur; ſed quia non ſolet, immo nec debet celebrans regulariter pręfari ſymbolum.i. *Credo in unum Deum*, nec cantare *Dominus uobiſcum*; ſi *Credo*, non dicitur: niſi prius oſculatus textum Euangelij fuerit, & incenſatus: ideo ne tantum temporis vacui interponatur; cõuenientius eſt vt Euangelium cãtetur apud altare, videlicet extra Presbyterium: nullatenus autem intra illud, neq; omnino ſuper gradibus altaris, vt mos eſt ibidem, quod fieri nullo modo debet. Sed Diaconus aduertat, vt cum cantat, ſit bracchio ſuo dextro verſus altare, & non facie. Quòd ſi Legatus aderit, tunc nullatenus Diaconus ipſe cantans Euangelium, vertat fa

ciem ad eam partem, vbi eſt Legatus, ſed potius ad altare, maxime ſi erit directus facie ad faciem cōtra Legatum, quod etiam ſeruabitur, quando Legato abſente Card. Epiſcopus non celebrans, vel quiuis alius erit in ipſa ſede; quam Legati appellant. Quia ſicut dicit Innocentius Papa III. qui fuit ſummus cerimoniarum magiſter; cum frons ſacrificātis apud altare regulariter ad Orientem reſpicere debeat, & per conſequens exterius cornu Euangelij ad Aquilonem vergat; ideo Diaconus cantans Euangelium ſit verſa facie ad Aquilonem, vnde panditur omne malum. i. ubi uerſantur demones propterea ipſe cā-tans primo ſe ſignat in fronte, in ore, & pectore, deinde locum, & librum Euangelij incenſo adolet.

Verum quia prę ſupponitur, ꝙ omne altare ſit regulariter, & canonice, vt ſupra locatum: Ideo indifferenter, ac regulariter Diacono præcipitur, ut ſemper verſo ad cornu Euangelij altaris ſuo bracchio dextro, ſtans cantet Euangelium quomodocunq; altare poſitum ſit. Igitur Diaconus ſolus librum opportune ante pectus acceptum, portat ad altare: nihil tunc dicens: inde redit ad celebrantem ſine libro, qui eo nauiculam miniſtrāte incenſum ponit, poſtea redit iterum ad altare, vbi genuflexus dicit, *Munda cor meū*, & accepto libro vadit ad celebrantem, coram quo genuflexus dicit, *Iube &c.* & habita benedictione procedit ad Euangelium cantandum. Ordo autem procedentium eſt uidelicet Cerimoniarius ſolus, tum Thuriferarius ſolus, aut hi ambo ſimul

mul:inde cappellani ceroferarij duo cum̄ candela-
bris, vel quattuor cum funalibus totidem, vt infra:
Tum Subdiaconus vacuus: Vltimo Diaconus librū
portans, qui omnes ſimul vnico cōtextu in eundo,
& redeundo reuerentias debitas faciunt. In ipſo au
tem loco Euangelij Subdiaconus tenet librum an-
te faciē Diaconi; & duo cappellani ceroferarij me-
dium ipſum Subdiaconum facientes, ſtant verſis fa
ciebus, ſicut ipſe Subdiaconus ante faciē Diaconi:
Thuriferarius apud Diaconum modicum retro ad
dextram eius ab initio, & Cerimoniarius ibidem: &
cum ipſe Diaconus dicit *Initium*, vel *Sequentia Sancti &c.*
primo dextrę manus pollice textū Euangelij dein-
de ſe in fronte, ore, & pectore ſignat, quod omnes
faciunt; & cum à choro reſpondetur. *Gloria tibi Domine
etc.* ipſe accepto thuribulo incenſat cum triplici du-
ctu librum, videlicet ſemel in eius medio, tum ver-
ſus ad candelabrum dextrum, inde verſus ad ſini-
ſtrum, ita, vt ſimul, & ſemel tam librum, q̄ candela-
brum, & locum incenſare videatur. Interim autem
dum Euangelium cantatur, nūquam thuriferarius
incenſat librum; nec Diaconum, ſed eatenus thuri-
bulum mouet, ne ignis extinguatur, aut fumus pe-
reat, ita ut in fine poſſit celebrans incenſari. Attēde-
tū ſi Archidiaconus, vel Archipresbyter Bonon̄.
quorum vterq; eſt Prælatus canonicus, aut quiuis
alius cōcanonicus, qui ſit Prælatus apoſtolicus can
tat Euangelium cum Card. celebrante, q̄ eo caſu nō
duo candelabra de abaco, ſed funalia quattuor, per

totidem cappellanos ante eum portantur ad locũ Euangelij cantandi: & tunc liber euangeliorum ponitur ſuper pulpito cooperto, quod Subdiaconus ſtans ad faciem Diaconi amplectitur, librũ ipſum tangens, vt ſupra in capitulo de pulpito dixi, & hoc idem fit in miſſa Papali, reſpectiue tamen: & nota ꝙ ante textum omnium Euangeliorum ſemper additur verſus iſte, videlicet. *In illo tempore*, niſi quando tempus particulare rei tũc geſtæ deſcribitur expreſſe: quia verſu ipſo dimiſſo abſolute legitur textus, vt in ſabbato ante quartam Dominicam de aduentu, & in ipſa eadem Dominica, quibus legitur Euangelium; quod incipit *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris*, & in primordio Euangeliſtarij Ioañ: quod eſt. *In principio erat uerbum*, & in die circumciſionis ibi, *Poſtꝗ̃ conſumati ſunt dies octo*, & in Dñica infra octauã Epiphaniæ; ibi, *Cum factus eſſet Ieſus annorum xij.* & in feria quinta in Cæna Dñi, ibi, *Ante diem feſtum Paſchæ*, & in Sabbato ſancto ibi, *Veſpere autem ſabbati &c.* & ſimilibus locis. Quomodo autem Card. ſiue ſit celebrans, ſiue non, textum euangelij oblatum oſculetur: infra dicam in ſecundo libro ſub ſimili capitulo.

DE SERMONE INTRA MISSAM *& quotiens fiat intra Annum;* Cap. XL.

INTRA miſſam ſolet fieri ſermo latina lingua, & oratione diſerta, ſicut ſunt ſermones S. Leonis Papę, & S. Auguſtini, & aliorum

tum Sanctorum:non autem prædicatio vulgaris;& huiuſmodi ſermo ſolet fieri immediate finito Euãgelio,&antequam inchoetur *Credo*. Facturus autẽ illam primo oſculatur genuflexus manum Epi celebrantis,tum petit benedictionẽ dicens,*Iube Domne benedicere*,& ille reſpondet.*Dñs ſit in corde tuo,& in labijs tuis ut digne,ac fructuoſe annunties ſuum Sanctum uerbum.In nomine patris,* &c.Tum petit indulgentias dicens. *Indulgentias Pater reuerendiſſime*,atq; ita petit illas publicandas ab eodem Cardinali.Si tamen Legatus ſit pręſens tunc fiet, vt infra,ſuo loco particulari dicetur.Et ſi illum facturus ſit clericus ſecularis tunc indutus cotta, ſi autem religioſus in habitu ſuo quotidiano ;ſi vero laicus in ſuo ſimiliter feſtiuo habitu indutus illum faciet,honeſtius autem eſſet ſi potius toga,q̃ ſago.i. longa potiuſquam breui veſte indutus eſſet. Fit autem ſermo in prima,&in omnibus quattuor Dominicis de Aduentu,in die S.Stephani,& S.Io:Euangeliſtæ,Circumciſionis,Epiphanię,Cinerum, & prima ac alijs Dominicis de Quadrageſima, præterquam in Dñica Palmarum. Item in feria ſexta ſanctę hebdomadæ,quę dicitur Paraſceue,& in diebus Aſcenſionis,Penthecoſtes, & Trinitatis, & omnium Sanctorum,& ſi aliqua dierum prædictarum fuerit facta proceſſio,non fiat ſermo ; quia ſermo nũq̃ fit in die proceſſionis, etiam extraordinariæ. Cæterum ſuggeſtũ,quod pergulum vocant pro ſermone fiendo,erit omnino nudũ ; niſi Epiſcopus ipſe celebrãs vellet illum facere,& locabitur communiter, & cõ-

mode in latere faldiſtorii extra presbyterium ſic locati, ut omnes in choro exiſtentes videant faciem ſermocinantis, qui erit facie directa altari, & ſic in medio conſpectu celebrantis, & Legati: & ſi prædicatio fuerit iam facta mane ante miſſam, vel habenda erit in die, tunc iſte ſermo non debet hic fieri. & ſi fiet ſermone vulgari more prędicatorio: tunc nulla per prædicatorē petetur benedictio ab ipſo celebrante, nec à Legato, nec ab aliquo. Quando autem, & per quas cerimonias fiat ſermo in laudem defuncti, dicetur infra in capitulo de eadem miſſa pro defunctis.

DE CONFESSIONE INTRA MISSAM CANtanda, *& abſolutione, & indulgentia poſt ſermonem populo ſolemniter dandis, & per quem, & de forma confeſſionis, & indulgentiæ prædictæ.* Cap. XLI.

QVOTIENS intra miſſam fit ſermo latinus totiens, confeſſio per Diaconu[m] cantari, & per ſermocinantem indulgentia publicari, ac abſolutio, & benedictio per Episcopum Cardinalem, vel Legatum dari debet; per quem autem precise dentur, infra dicam. Itaq; illico ſermone finito Diaconus Euangelij ſtans ante celebrantem, vel Legatum humiliter cantat totā cōfeſſionē dicens. *Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virginis, &c.* & cū dicit *Te pater*, vel *Tibi pater*, aut *Virgini Mariæ Semp* illud reuerenter dicit. Finita confeſſione ipſe factis reuerentiis

rentiis recedit, Tamen ſermocinator, qui uſq; modo detecto capite expectauit in ſuggeſto publicat ibidem indulgentias ſermone latino per Epiſcopũ vel Legatum conceſſas, nõ autem vulgari, quia intra miſſam nunquam uulgari, ſed poſt miſſam latino, & uulgari ſimul pronutiari poſſunt. Forma autem talis eſt, *Reuerendiſſ. in Chriſto pater, & Dñs Dñs Io: Stephanus. tt. Sanctorum Sergij, & Bacchi Sanctæ Ro. Eccl. presbyter Cardinalis, & Epiſcopus noſter Bonoñ. digniſſimus dat, & concedit omnibus, & ſingulis hic præſentibus,* & ſi placet addere, *Iſtam ſanctiſſimam Eccleſiam hodie uiſitantibus, centum dies de uera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta: Rogate Deum pro felici ſtatu Sanctiſſ. D.N. Papæ Iulij, & dominationis ſuæ Reuerendiſſ. ac Sanctæ Ro. Eccl.* Quod autem dixi centum dies, & non quadraginta prout Epiſcopi in ſuis Eccleſijs dant de iure communi; ideo dixi, quia ut Cardinalis dat centũ. Nam ſinguli Cardinales non ſolum in ſuis Eccleſijs, ſed vbicunq; miſſæ præſentes fuerint, centũ dies dant, niſi plures dies, vel annos haberent à Papa ex particulari facultate, quia tunc concederent iuxta facultatem. Si autem Legatus ſit præſens huiuſmodi miſſæ per Cardinalem cantatæ, tunc Epiſcopus Card. celebrans ſicut debet habere omnes pręeminẽtias; ita præſertim concedendi indulgentias; bene autẽ honeſtum eſſet, vt ipſa indulgentia nomine amborum daretur; & quiſq; concederet centum dies hoc modo, videlicet. *Reuerendiſſ. in Chriſto patres. & D.D. Galeottus tit. S. Petri ad uincula Legatus apoſtolicus, & Io: Stephanus tit. Sanctorum Sergij, & Bacchi Epiſcopus Bonoñ. Sanctæ Ro. Eccl. presbyteri*

Cardinales hic præſentes dant, & concedunt, ac quilibet eorum dat, & concedit omnibus hic præſentibus centum dies, &c. vt ſupra. Si aũt Legato abſente, non Epiſcopus Card. ſed alius celebrabit, tunc ab Epiſcopo Cardinali petetur benedictio, & indulgentia, quæ ſimiliter erit centum dierum. Itaq; publicata indulgentia ipſe ſermocinator deſcendit de ſuggeſto, & Epiſcopus Card. ſurgit, & dat benedictionem, vt infra proximo capitulo dicetur. Si uero nullus fuit ſermo intra miſſam, ſimiliter, & nulla indulgentia publicatur, ſed in fine miſſæ poſt datam benedictionem, debet omnino publicari ordinaria indulgentia, primo ſermone latino per Diaconum Euangelij ſtãtem in cornu Euangelii ut ſupra, & deinde, ſi uidebitur, per Subdiacõnum ſtantem in cornu epiſtolæ, vulgari, verſis faciebus ad populum, & non per alios. Nam ad iſtos tantum omnino pertinet huiuſmodi publicatio, quæ ſic erit in vulgari, videlicet. *Il Reuerendiſs. in Chriſto padre, & Signor. Io. Stefano intitulato di Santo Sergio, & Baccho della Santa matre Chieſa Prete Cardinale, e Veſcouo di Bologna digniſſimo dà, & concede à tutti, & ciaſcheduna perſona quì preſente* (& ſi placet addere) *che queſta Santiſs. Chieſa uiſitarà hoggi cento di di uera Indulgentia in forma della Chieſa conſueta: pregate Dio per lo felice ſtato del Santiſs. N. Sig. Papa Iulio, & della Signoria Reuerendiſſima del predetto Cardinale & de Santa Romana Chieſa.* Cardinalis autem manet uerſus ad altare, dum hęc publicatio fit. Poſtremo illud ſcias ꝙ indulgentia nunquam datur in matutinis, nec in veſperis quantumcunq; ſolemnibus nec in miſſis pro defunctis; nec vnquã

datur

datur bis in die. Ideo in nocte natiuitatis non dat in prima, nec ſecunda, ſed in tertia miſſa da tur, vt ibi dicam. Et ſi in prima fuit data indulgentia, non dabitur in ſecũda, nec in tertia maiori, quod nota.

DE BENEDICTIONE SOLEMNI, QVALIter, & ubi, ac per quem danda ſit. Cap. XLII.

QVANDO Cardinalis celebrat etiam Legato præſente, debet dare benedictionem, ſiue intra miſſam danda ſit, vt poſt ſermonẽ, ſiue in fine miſſæ: & ſi intra miſſam danda ſit benedictio, tunc Card. Epiſcopus celebrãs debet eſſe apud ſuum faldiſtorium verſa facie ad populum rectus habẽs mitrã in capite, & tunc nõ dicit, *Sit nomen, &c.* ſed poſtquam cantauerit; *Precibus, & meritis &c.* et *Miſereatur ueſtri &c.* Ac *Indulgentiam &c.* cantat, videlicet, *Et benedictio Dei omnipotentis*, eodẽ contextu capiens baculum ſiniſtra, & proſequens: cum dicit *Patris*, producit dextram, cum qua benedicit verſus latus ſuum ſiniſtrum; & cum dicit, *Et filij*, extendit manum recte ante faciem ſuam; & cum dicit, *Et Spiritus Sancti*, producit ad latus ſuum dextrum; cum dicit, *Super nos &c.* manus ad pectus applicat vſq; in finem. Sed in huiuſmodi bracchij volutione, aut productione non perſonam, ſed ſolum vultum, & manum vertit: & cum benedicit tota manu aperta, & non tribus digitis benedicit. Si vero in fine miſſæ danda ſit benedictio, tunc accepta mitra ſtans apud altare

verſa facie ad illud, ſignando ſe pollice dextro in pectore cantat ex libro, ſi placet, ſuper altari poſito videlicet, *Sit nomen Domini benedictum*, et dum à choro reſpondetur, ipſe manum illam tenet ſuper altari extenſam; & cum dicit, *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*, ſignat ſe à frõte ad pectus; & pro vnoquoq; verbo tangit ſe, videlicet, *Adiutorium*, In fronte; *Noſtrum*, In pectore; *In nomine*, in ſiniſtro humero; *Domini*, in dextro: Cum dicit, *Benedicat uos omnipotens Deus*, eleuat ſimul oculos, & manus, quas iungit ante faciem: Tum accipiens baculum ſiniſtra, & nunquam prius, ac dicens, *Pater*, vertit ſe ad latus epiſtolæ, & ibi ſignat populum; & dicens, *Et filius*, directe vertit ſe ad populum in medio Eccleſiæ ſtantem, & ſignat eundem; & dicens, *Et Spiritus Sanctus*, uertit ſe totũ ad latus Euangelij, & ibi ſignat, deinde perficit circulum, & vertit non faciem ſuam, ſed totum ſe ad parietem vt in Ecleſia cathedrali Bonoñ. quod bene nota, quia ſi celebrans apud altare exiſtens vertat faciẽ ad corpus Eccleſię, vt eſt in Eccleſia S. Petronij Bonoñ. tũc alio & quidem diuerſo modo fit. Nam ipſe verſa facie ad corpus Eccleſiæ ſtans incipit benedictionẽ ſuã; in qua dicẽs *Pater*, vertit ſe ad cornu Euangelij; & dicens, *Et filius*, vertit ſe non ad chorum, ſed ad ipſum corpus Eccleſiæ .i. reuertitur cum facie, prout erat dum cantauit miſſam, & dicens, *Et Spiritus Sanctus*, vertit ſe ad cornu epiſtolæ, & non perficiet circulum, ſicut quando altare poſitum eſt verſus parietem: ſunt. n. modi, & caſus diuerſi. Si autem Epiſcopus

ipſe Cardinalis non celebrat; ſed eſt præſens miſſæ per alium cantatę. Tunc ſi Legatus eſt præſens benedictio dari debet per ipſum Legatum. Abſente uero Legato ipſe Epiſcopus ſtãs in loco, in quo miſſam audiuit, poſt ſermonem, & confeſſionem ante ſe, vt ſupra factam, legit ex libro preces, & indulgẽtiam, deinde benedictionem dat, vt ſupra, ſemper ſtans cooperto capite, dum hæc facit; & primum ſignum crucis producit verſus ſuum latus ſiniſtrum, ſecũdum directe ante faciem ſuam. Tertium ad dextram ſuam; Idem etiam facit in fine miſſę; ſed ſine aliqua ex libro lectione; & ſi intra miſſam, videlicet poſt ſermonem data ſit benedictio et in fine miſſæ dari debet iterum. & ſi corpus Chriſti ſit ſuper altari, ut in die Paſchę, vel in die corporis Chriſti, vel feria quinta in Cæna Dñi, aut quandocunq;, tunc capite diſcooperto debet dari benedictio.

DE PRAEEMINENTIIS HONORVM LEGATO, *ac Epiſcopo Cardinali Bononienſi ſimul in miſſa præſentibus.* Cap. XLIII.

REGVLARITER Epiſcopus Card. Bonoñ dum ipſemet celebrat, debet habere omnes honoris pręeminentias, inuitando tamen Legatum ad ipſum honorem: quem Legatus cum aliquali gratiarum actione non acceptabit. Si vero Cardinalis Epiſcopus nõ celebrat, ſed intereſt miſſæ, Legato præſente cantatæ per alium; tũc ipſe

Card. Epiſcopus nullatenus; ſed Legatus oẽs honoris præeminentias habebit; & maxime indulgẽtias concedet, prout ſibi placebit, iuxta eius facultatem & faciet abſolutionem, ac dabit benedictionem; In quibus actibus Legatus benignius agendo poſſet ſemper, & in vnoquoq; actu ad eius honoris præeminentiam inuitare, ſemel ad minus Epiſcopũ Cardinalem; quod tamen Epiſcopus Card. reuerenter cum gratiarum actione ad Legatum deferat; & ſic Legatus ſolus faciet, ſi volet confeſſionem cum celebrante, non tamen cum Epiſcopo ipſo Card. & melius etiam erit, ſi Legatus illam non faciat præſente Epiſcopo Card. cum celebrante; ſed quiſq; Cardinalis ad partem faciat cum ſuo Cappellano. Quod ſi ipſi ambo Cardinales in vno, eodemq; ſuggeſto erunt, tunc ipſi ſimul poterunt confeſſionem ſtantes facere, inchoante Legato, ſed Legatus concedet indulgentias, faciet abſolutionem; & dabit benedictionem, ac etiam ſi volet, ponet incenſum; benedicet aquam in calicem mittendam; benedicet Subdiacono poſt epiſtolam; & Diacono Euangelium cantaturo: ſed neq; Legatus: neq; Epiſcopus Cardinalis habebunt circulos canonicorum, niſi ſit alioquin Epiſcopus loci: ſimiliter, & Epiſcopus ob reuerentiam Legati preſentis nullos circulos habebit, ſed quiſq; cum ſuis cappellanis aſſiſtentibus proſequetur introitum, *Gloria, Credo, Sanctus*, & *Agnus*, & nullus eorũ librũ miſſalem ante ſe habebit, aut vterq;: ſed melius eſt ꝙ nullus habeat, vt infra plenius dicam ſuo particulari capitulo.

DE IVNCTVRA, AC DISIVNCTVRA, ET *eleuatione, ac retentione manuum celebrantis.* Cap. XLIIII.

QVISQVE celebrans maxime Prelatus dũ ſedet, & dum cantat, *Gloria in excelſis, Pax uobis. Dñs uobiſcum, Oremus, Orationes, Credo,* & alia, debet rationem debitam ſeruare in iunctura, & diſiunctura, ac eleuatione manuum. Primo enim ſedens planeta indutus, ſuper gremiale manus deuote iunctas ſine digitorum inſertione ſic firmiter tenebit, vt quaſi gremiale contineat, ne illud de gremio cadat. Dicens vero, *Gloria in excelſis, Pax uobis, Dñs uobiſcum,* & *Credo,* Semper manus ante pectus æqualiter vſq; ad humeros eleuatas cõtinebit iunctas, donec primũ verbum pronuntiare inchoauerit; quod cum dicit manus aperit, & eo finito mox manus iungit, in finalibus notis vltimi verbi, vt in *Gloria, Credo,* ac *Gratias agamus,* ac intonatione hymnorum veſperalium; in quibus omnibus ſuper vltimis verbis eleuat manus iunctas ante oculos cum capitis inclinatione. Dicens autem *Oremus;* quia vnicum eſt verbum, idem facit, ac ſi plura eſſent. Orationes uero cantans ſemper manus eleuatas ad humerorum altitudinem teneat; ita ꝙ vna uola aliam uolam, & non altare reſpiciat vſq; ad *Per Dñm noſtrum,* quod cum incipit dicere, illico manus iungit, non tamen caput tunc inclinat niſi quando profert IESVM *Chriſtum.* Et ſcias ꝙ una vola manus ſemper aliam reſpicere debet, quoties celebrans eas eleuatas tenet, aut eleuat. Item quotiens

tiens cum dextra ſignat altare, vel oblata, ſiniſtram ſuper altari extra corporalia tenet: ipſam autẽ manum totam aperit: & aperta manu benedicit, non autem tribus digitis ſolum. Dum uero ſeipſum ſignat, ſiniſtram ad ſtomachum ſuum applicat. Cum præfationem inchoat dicens, *Per omnia ſæcula ſæculorum*, & *Dñs uobiſcum*, tenet manus ſuper altari extra corporalia. Cum dicit, *Surſum corda*: paulatim illas incipit eleuare. Cum dicit, *Gratias agamus Dño Deo noſtro*, ſucceſſiue eleuat uſq; ad oculos, ita ut in uerbo *Deo* illas ante oculos iungat cum capitis inclinatione; & ſic eas eleuatas ad humeros, vſq; in finem præfationis tenet. Similiter cum dicturus eſt, *Per omnia*, ante *Pater noſter*, tenet manus ſuper altari uſq; ad *Pater noſter*, quod antequam dicat, illas vſq; ad oculos iunctas eleuat in modum reuerentiæ cum capitis inclinatione, incipiens, *Pater noſter*, ſicut dixit in præfatione, *Gratias agamus &c.* & ſic poſtea eas eleuatas tenet vſq; ad illius finem. Item quando dicit *Sanctus Sanctus, &c.* non percutit manu pectus, vt vulgus facit, ſed manus iunctas continet: & quando dicit, *Benedictus, qui uenit in nomine Dñi*, facit ſignum crucis dextra à fronte ad pectus. Illud quoq; non negligat, vt cum dicit ter *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi miſerere nobis*, & in fine, *Dona nobis pacem*, percutit quidem totiens pectus; At uero cum dicit *Agnus Dei*, pro defunctis, nullatenus percutit, quod etiam alii omnes facere debent.

DE VOLVTIONIBVS CELEBRANTIS *ad populum, & reuolutionibus ad altare eiuſdem ſtantis apud illud, ſiue apud faldiſtorium: & de oſculationibus altaris ſine ſigno crucis.* Cap. XLV.

CELEBRANS Epiſcopus apud faldiſtoriũ ſtans dicturus, *Gloria in excelſis, Credo,* & *Oremus,* quæ verſa facie altari dicenda ſunt; verte-re ſe debet à faldiſtorio ad altare eodẽ modo, quo ſe vertit quiſq; ſacerdos ab altari ad populum, ſiue ipſum altare adhereat parieti, ſiue non. Ergo in Ec-cleſia cathedrali celebrans Epiſcopus non per alta-ris latus, ſed per latus illud, vbi ſunt ſui cappellani uertet ſe. Similiter dicto, *Pax uobis,* aut *Dñs uobiſcum,* uer-ſa facie ad populũ, ſicut ſedens erat, reuoluit ſe non per latus altaris, ſed per latus, ubi ſunt cappellani. Et finito cantu reuoluit ſe per eandem manum ad faldiſtorium ſeſſurus in illo, & hoc ſeruatur tam in veſperis, quàm in miſſa, ſi & quando altare eſt ver-ſum, vt in Eccleſia cathedrali; ſi autem eſt uerſum ut in collegiata S. Petronij, tunc aliter uertit ſe per latus altaris, & per illud idem latus reuoluitur ad altare, & ad faldiſtorium, quod bene nota. Cæte-rum illud prętermittendũ nõ eſt, vt quotiens oſcu-lamur altare, ante oſculationẽ illud manibus nunq̃ ſignemus, ut multi ignorãter faciunt; ſed manibus hinc inde extra corporale æqualiter poſitis, omiſ-ſo ſigno crucis oſculemur illud. Item celebrans cu-ret, ut recipiens patenam cum hoſtia, & calicem cũ uino, & aqua de manu Diaconi ante illorum obla-

tionem

tionem ipſam patenam, & calicem ſignet manu, nec benedicat; ſed bene illa ponens ſuper altari faciat ſignum crucis cum illis ſuper loco, ubi ponẽda ſunt, & non aliter: Quoniam hęc minuta ſuum habent myſterium, & figuram, & quotienſcunq; ſacramentum finita miſſa ſuper altari remanet, ut in die Corporis Chriſti, ac Paſchę, & feria quinta in cæna Dñi, totiés celebrans dicturus, *In principio erat uerbũ*, non ſignet altare manu, ſed abſolute dicit.

DE OBLATIONE NAVICVLAE, ET THVribuli *pro incenſo benedicendo, & ponendo, & de forma benedictionis eiuſdem.* Cap. XLVI.

REGVLARITER quotieſcunq; aliquid incenſandum eſt; ſimiliter expedit, vt prius incenſum benedicatur: niſi quando ſacramentum corporis, aut ſanguinis Chriſti incenſatur, tam intra, q̃ extra miſſam, vt in die cœnæ Domini, & Paraſceue, quando à loco ad locum portatur, & in die Corporis Chriſti, & ſimilibus actibus, quando ex altari amouendum eſt, aut quando repoſitum ſit. Ponitur autem hoc modo, videlicet. Quia ad Epiſcopum Cardinalem, ſeu quemcunq; Prælatum pontificaliter celebrantem Cerimoniarius portans nauiculam dextra, & thuribulum ſiniſtra pro benedictione, & poſitione incẽſi, firmat ſe ad ſiniſtram ipſius celebrantis, ubi ſtãs humiliatus ipſam nauiculam apertam porrigit Diacono

cono Euangelij parato ſtanti ad eiuſdem dextram: ſemper.n.ipſe in miſſa nauiculã miniſtrat celebranti: in veſperis vero presbyter aſſiſtens planeta indutus id facit, qui ſtans humiliatus ipſam ita approximat thuribulo, vt thuribulumq́; & nauicula ſeſe ſimul tangãt ante pectus Epiſcopi, dicens, *Benedicite pater Reuerendiſſime, uel Reuerende* prout congruit; quod cũ dicit oſculatur coclear, & manum Epiſcopi, & ille benedicit verbo, non manu dicens. *Ab illo benedicatur in cuius honore crematur:* qua verborum forma ſemper vtitur in omnibus benedictionibus tam in miſſa, q̃ in veſperis, & alijs actibus, præter q̃ in incenſatione oblatorum. Nam tunc dicenti Diacono. *Iube domne benedicere*, reſpondet celebrans, *Per interceſſionẽ &c.* vt in miſſali: & licet vſus frequẽtiſſimus habeat, vt in benedictione, & impoſitione incenſi utamur illis verbis, videlicet. *Ab illo benedicaris, &c.* Tamen conuenientius fortaſſe eſſet ſi ſic diceretur, videlicet. *Ab illo benedicatur in cuius honore crematur.* Igitur petita benedictione celebrans accepto cocleari, ponit tribus vicibus incenſum in thuribulum; & in fine ſuper thuribulũ facit crucis ſignum, quo facto, & non prius Diaconus oſculatur iterum receptum coclear, & manum, redditq́; nauiculam Cerimoniario; qui illa repoſita thuribulum dextra tenet; & quando illud vult offere Diacono, vel aſſiſtenti, vt det illud celebranti, offert ordine præpoſtero; nam catenas offert in dextra Diaconi, ſiue Aſſiſtentis, & vas thuribuli in ſiniſtra, vt ſic celebrans commode, & congrue ca-

piat ex manibus alterius illorum.Dum Cerimonia-
rius offert nõ oſculatur;ſed Diaconus,uel Aſſiſtens
catenulas thuribuli, & manum celebrantis oſcu-
latur.Et iſta incenſi poſitio fit ter in miſſa,videlicet
In principio miſſæ apud altare.Secundo pro Euan-
gelio cantãdo apud faldiſtorium, tertio poſt obla-
ta apud altare:niſi ſit miſſa pro defunctis, quia ſo-
lum ſemel ponitur,ideſt,poſt oblata tantum.In ve-
ſperis autem fit ſemel dumtaxat, niſi aliter vſus exi
gat,ut infra pro veſperis dicam. Et quotienſcunq;
celebrans incenſat altare, nunq̃ aliquid dicit, niſi
ſuper oblatis,quia tunc dicit,quæ ſunt in miſſali.
Cardinali autem non celebrãte, ſed miſſę præſente
à quo incensũ omnino poni debet;tunc ſenior ca
nonicus ex duobus aſſiſtentibus ad dextram ipſius
Cardinalis ſedentis ſtans,nauiculam,&Cerimonia
rius, vel alter iunior canonicus aſſiſtens ad ſiniſtrã
eiuſdem,thuribulũ tenens, facit, & dicit,ut ſupra;
cui Cardinalis eodem modo reſpondens benedicit
ſimiliter,& ponit incenſum. Dum autem ſacramen
tum incenſandum eſt,incenſum non benedicitur,
nec ponitur per Cardinalem, ſed ſimpliciter per ali
quem cappellanum ponitur ad ſufficientiam vapo
rationis.Poſtremo ex omnibus aromatibus, thus,
ſiue incenſum ſpecialiter in thuribulum ponitur
adolendum:quod ſi boni odoris, ac ſuauiter olen-
tis ſit, non alio vapore miſcetur: ſin autem, poteſt
cum aromatibus quibuſuis alioquin ſuauiter odo-
rantibus admiſceri,ita tamen, ut odor fumi thurei

præua-

præualeat,& plus de incenſo,q̃ alio ſufficienter re=doleat. Ipſum uero thus, neq; omnino contuſum ſit:ne nimis repente euaneſcat,neq; integrum,aut ſolidũ,ne omnino cremari nõ poſſit. Sed illud(quã quam leuiſſimum dictu ſit)non prętereatur, ſi paulum fumi, vel ignis in thuribulo ad perfectionem totalis incenſationis deeſſet,vt nullatenus à quoq̃ ignis,nec incenſum ſuperaddatur, niſi quod ab initio ſemel per celebrantem fuerit benedictum, & impoſitum.

DE INCENSATIONE ALTARIS, ET OBLATORUM, ac Celebrantis agenda, tam ſemel in ueſperis, quàm bis in miſſa. Cap. XLVII.

QVAMVIS in omni altaris incẽſatione magis quædam gratia, quàm ars vlla requiratur; tamẽ ipſe actus incenſationis ſatis apte, & decenter, fiet ſi celebrans non in cornu epiſtolæ; ſed ante medium altaris ſtans rectus latis parum manibus ęquali ipſarum diſtantia capiat thuribulum manu dextra, quantum breuius fieri poteſt, proximans manũ ſuam thuribuli vaſculo; quia ſi longam nimis facit catenam ita, vt ipſum thuribuli vaſculum nimis pendeat, maxime quando calix ſuper altari eſt, non poteſt commode, nec ſecure, nec cum gratia thuribulum ducere: quod tamen cum ducit, aduertat, vt non totam perſonam, neq; caput traducat; neq; ſiniſtram incõmode moueat;

ſed ſolum quantum poteſt bracchium dextrum tra ctim,ac placide ducat,& reducat;ita ut cum thuribulum retrahit,ſub bracchio,retrahat illud.Commodius quoq; erit ſi in incenſando cum ſpatiatur ante altare circuens illud,& incẽſans; ſemper prius illum pedem moueat, qui eſt proximior altari in eundo,& redeundo,tot paſſus faciens,quot tractus thuribuli facit. Igitur accepto ante medium altaris thuribulo faciat primo reuerẽtiam cruci, poſtea nihil dicens incenſet eam triplici ductu; deinde ei iterum faciat reuerentiam; poſtea incenſet duplici ductu ſolam imaginem Sancti Petri à dextris, quæ ſemper ſiue in veſperis,ſiue in miſſa,ſiue quãdocunq; cum ponitur, poni ſolet ad dextrã crucis, ut ſupra dixi: Tnm reuertens ante crucem, facta ei reuerentia incenſet, ſimiliter duplici ductu ſolam imaginem . S. Pauli à ſiniſtra parte crucis,quæ ſimiliter cum ibi ponitur, ſemper ſic poni ſolet, & deinde alias imagines in eadem parte.S. Pauli incẽſat, ſemel ducens pro vnaquaq; thuribulum; & ſi plures,quàm tres eſſent imagines in qualibet parte,non ducit niſi ter thuribulum pro illis omnibus in vnaquaq; parte:&ſi imagines non ſint,tunc ſimi liter incenſat candelabra ibidem poſita, incipiens ab his tamen,quæ ſunt in parte epiſtolæ,& cum eſt in cornu epiſtolæ, ſemiuertens ſe ad poſterius cornu incenſet illud manu demiſſa bis thuribulum du cens:tum ſemiuerſus ad altare eleuans manum incenſet planitiem altaris,ter thuribulũ ducens uſq;

ad medium; & ibi facta cruci reuerētia, eleuet plus manum, & incenſet alias reſiduas imagines apud Sanctum Petrum exiſtentes, pro omnibus ter tantū thuribulum ducens; quibus non exiſtentibus candelabra tria ſingulo ductu thuribuli pro ſingulo candelabro incenſet, vt dictum eſt. & in cornu Euãgelij eodem modo ſtans incenſet cornu poſterius bis ducens thuribulum, prout cornu Epiſtolæ incenſauit. Tum ſemiuerſus manum dimittens incenſet totam frontem, ſiue anteriorem partem altaris ter ducendo thuribulum à principio vſq; ad medium, vbi facta reuerentia cruci incenſet reliquam partem frontis ſimiliter triplici ductu vſq; ad reliquum. Deniq; firmans ſe in cornu epiſtolæ det thuribulum Diacono, qui oſculata eius dextra exſpectet quouſq; fuerit mitra celebranti per Cerimoniarium poſita; & ſic eum mitratum manibus iunctis, & recto immobiliq; capite ſtantem incenſet triplici ductu, facta prius, & poſtea per ipſum Diaconum incenſantem reuerentia; aduerſus quem tanq̃ ſuum miniſtrum, ac in eo actu minorem ſe, celebrans nūquam caput humiliat, quia huiuſmodi humiliatio in incenſationibus non fit reſpectu incenſationis, ſed cōditionis illius, qui incenſat. Cum autem canonicus canonicum, vel Prę latus Prælatū, aut Cardinalis Cardinalē cum capitis inclinatione incēſat, tūc ſibi vtrinq; mutuæ inclinationes, quaſi gratiæ reciprocæ fieri debent; quod expreſſe ſeruatur in capella Papali. Sufficit ergo ꝙ celebrans Epiſcopus

ſcopus Cardinalis ſignum crucis manu faciat ſuper incenſantem etiam Prȩlatum. Oblata uero incenſatur hoc modo, quia celebrans accepto thuribulo, & nulla facta tunc cruci reuerẽtia; thuribulum eleuans ſuper calicem facit quattuor puncta extra calicẽ in forma crucis ſuper quattuor partes calicis, non tamen altare tangens cum pede thuribuli, & incipiens primo ultra calicem, ſecundo uerſus ſe, tertio uerſus cornu Euangelij, quarto uerſus cornu epiſtolæ, & ſicut hanc unam crucem fecit, ſimiliter alias duas faciet, ut ſint in totum cruces tres modo prædicto. Quibus factis etiam tres circulos cũ thuribulo eodem modo faciat in girum ducendo circa calicem hoc modo, quia primo ponit thuribulum citra calicem uerſus ſe, & illud ducit uerſus cornu epiſtolæ perficiendo circulum uerſus cornu Euangelij, & ſimiliter ſecunda uice facit; ſed in tertio facit in contrarium duorum priorum .i. ducendo manus à ſe ad cornu Euangelij, & finiendo per latus epiſtolæ. Celebrans autem regulariter ſemper incẽſatur cum mitra ſtans; ſiue ſit apud altare (niſi ſacramentũ ſit ſuper ipſo altari, ut in die corporis Chriſti, & in die cœnæ Dñi, & Paraſceue, ut ibi dicetur) ſiue etiam ſit apud faldiſtorium tã in ueſperis, q̃ in miſſa; niſi poſt Euangelium: quia tunc incenſatur ſine mitra, & hæc etiam ſingulatim ſingula ſuis locis dicentur. Cum vero ſacramentum incenſatur, tunc incenſum non benedicitur; nec per Cardinalem, ſed per aliquem miniſtrum abſolute ponitur,

&

& ipſum ſacramentum non per Diaconum, ſed per Cardinalem incenſatur. Et deniq; regulariter nunquam incenſum benedicitur, quando ſacramentū incenſatur etiam extra miſſam, ut in cœna Dñi, & in Paraſceue, & in die corporis Chriſti, ſed bene tūc per Cardinalem ponitur. Quod bene nota.

DE INCENSATIONE LEGATI, ET *& per quem ac quomodo.* Cap. XLVIII.

LEGATVS nunq̄ incenſari debet in principio miſſę; nec dicto Euangelio; nec in principio ueſperarum, quia tunc nō habet paramenta ſacra pontificalia; ſicut etiam in cappella Papali non incenſatur Papa non habens pontificalia paramenta prædicta: & ſimiliter Epiſcopus Cardinalis miſſæ præſens, quando non habet paramenta ſacra; non incenſatur, niſi poſt oblata ſimul cum aliis. Et tunc ipſe Legatus poſt oblatorum, & celebrantis incenſationem, incenſatur cum triplici ductu thuribuli, non per ipſum Diaconū ſimplicem canonicum, ſi Diaconus ſimplex canonicus eſt; ſed per primum Prælatum ibi pręſentem ſiue ſuum, ſiue alienum, ut Patriarcham, Archiepiſcopum, Epiſcopum, Prothonotarium, aut Abbatem, uel alium actu, & habitu Prælatum ſtantem; excepto Archiepiſcopo Rauennatē, qui eſt Metropolitan̄, Epiſcopi Bonon̄: Nam omnes Metropolitani in eorum adminiſtrationibus, i. diœceſibus

ſibi

ſibi ſubiectis ab huiuſmodi miniſteriis ſunt immu-nes. Et ſimiliter dicendum eſt, ſi, & quando Epiſcopus Bonoñ. non eſſet Card. quia quiſq; Epiſcopus quantumcunq; ſimplex in ſua Eccleſia non tenetur Legatum incenſare. Quod autem dixi Legatum nō incenſandum per Diaconum ſimplicem canonicū ſed per Prælatum, intellige quia ſi ipſe Diaconus Canonicus eſſet Archidiaconus, vel Archipreſbyter aut, maxime ſi eſſet Apoſtolicus Prçlatus, vt hoc tempore eſt R.P.D. Achilles de graſſis Epiſcopus ciuitatis Caſtelli germanus meus, qui eſt Archipreſbyter, & canonicus Bonoñ: ſeruiret Cardinali celebranti tamq; Diaconus: tunc ipſe, quia apoſtolicus prælatus eſt, aut etiā Archidiaconus ſimplex, vel Archipresbyter ſimplex, non Prçlatus apoſtolicus incenſaret Legatū, & nō alius; ēt ſi quis dignior eo Prçlatus tunc ibi eſſet p̄ſens. Honeſtum quoq; eſſet, vt Legatus à tali Prælato, vel Archidiacono, vel Archipresbytero incenſatus, caput aliquātulū moueret; quaſi ipſum actū nō ab ipſo pro debito, ſed pro honore recipiens, vt ſupra dixi proximo capitulo; ſed nunq̄, aut raro: niſi ex ſumma neceſſitate Prælati maxime conſecrati ſeruiunt, vt miniſtri alicui Epiſcopo quantumcumq; Cardinali, ſed ſoli Papæ & hoc caſu.i. Epiſcopo Cardinali celebrante, qui ſignum crucis cum benedictione produxit ſuper incenſantē; ipſe Legatus incenſatus debet ſtare detecto capite, & in fine non facere ſignum crucis ſuper eundem incenſantem; ſicut faceret; ſi alius

i .. Prælatus

Prælatus celebraret; qui benedicere non debet præſente Legato, nec Epiſcopo Cardinali.

DE INCENSATIONE MAGISTRATVS: *Oratorumq́; & Prælatorum, ac totius chori, per quem, ac quo ordine.* Cap. XLIX.

INCENSATO per Prælatum non paratũ Legato, ut ſupra, Diaconus canonicus ſimplex comitante ſolo cappellano cærimoniarum, accepto ibidem thuribulo uadit ad omnes de magiſtratu, & ad Oratores cum eodẽ magiſtratu mixtos, vt ſupra, ante quos ſingulos, leui admodum capitis nutu facto; omnes vſq; ad vltimum Antianum, dupplici ductu incenſat. Deinde ſimili modo Prẹlatos, incipiens ab eo, qui incẽſauit Legatum, ſi Prẹlatus fuit, ut ſupra: deinde ſimiliter Aſſiſtentem Cardinalis paratum: tum Subdiaconum: inde Archidiaconum, & Archipresbyterũ, etiam ſi Prælati Apoſtolici, dummodo cum canonicis ſint; & ſucceſſiue canonicos omnes paratos in choro ſtantes. Quibus omnibus dupplici ductu, & cum capitis aliquali demiſſione incenſatis: ipſe Diaconus vadit ad altare, vbi ſtans in loco ſuo incenſatur ſimiliter dupplici ductu ab vno cappellano ad hoc ſpecialiter deputato; qui oẽs alios de choro ſine aliqua inclinatione, & vnico ductu incenſat. Quod ſi ipſe Diaconus Euangelii ſit Archidiaconus, vel Archipresbyter, vel alius cano-

nicus,qui etiam ſit Epiſcopus,uel Archiepiſcopus, dummodo ſit ille,qui vt Diaconus paratus Euangelium cantauit,ipſe omnino omnes ſupradictos, & ordine prædicto incenſabit. Obſeruare autem ſolent,qui incenſandi ſunt; vt ſemper cum modeſtia vultus inuitent, ſequentem ad prius incenſum capiendum,ſiue ipſi eccleſiaſtici,ſiue ſeculares ſint. Et ſi incenſator eſt Prælatus, vel dignus canonicus qui caput incẽſando inclinat verſus incẽſatos, tũc verſa vice ipſi incẽſati debẽt caput ſimiliter ad illũ demittere,& plus,& minus iuxta qualitatem incenſatoris.Inſuper ſi Archiepiſcopus Rauennateñ.adſit:ipſe ante Pręlatũ prædictum,& ante Vexilliferũ Iuſtitiæ incenſabitur. Et ſi Epiſcopus Bonoñ.pro tẽpore non eſſet Cardinalis,ipſe ſimiliter ante Vexilliferum Iuſtitię incenſabitur. Et ſi quis Orator Imperialis, aut Regius, ſiue etiam Ducalis adſit; ipſi omnes quotquot erunt, non quidem ante Archiepiſcopum,nec Epiſcopum prædictos: ſed bene ante Vexilliferum iuſtitiæ,& omnes de magiſtratu incenſabuntur; ſi fuerit in diuerſo ſedili manentes: quòd ſi iuncti, aut mixti cum officialibus fuerint, tunc incenſabuntur ordine, quo manent, & ſedent. Et licet omnes Oratores principum;& communitatum liberarum, vt Florentinorum, Senenſium, & Lucenſium; ac ſimilium, tam ex iure cerimoniarum, quàm humanitatis in extraneos exhibendæ,ſeu exhiberi ſolitę,deberẽt ante magiſtratũ Bonoñ:incenſari:tamen,quia ipſi de magiſtratu aliter

ter ſentiunt,aſſerentes ſic eſſe in ſuo vſu, vt nullis, nec etiam Imperialibus cedere habeant. Ideo quo ad reliquos loqui non audeo; ſed quo ad ſupradi- ctos maiores ſilere non poſſum,videlicet, vt omni- no fiat,ſicut ſupra, in capitulo de locis officialium Bonoñ:dixi.Prælati autem prædicti, exceptis Ra- uennateñ:& Bonoñ.Epiſcopo quantumcunq; ſim- plici,& non Cardinali, poſt omnes Oratores incen ſantur.Deinde ſicut prædixi poſt Prælatos apoſto- licos in habitu,& tonſura incedentes, incenſantur omnes & ſinguli canonici ſacris paramentis .i. plu uialibus induti, & poſt eos ſic paratos incenſantur Quadraginta Conſiliarii,& etiã omnes minores Ve xillifero populi,ac omnes nobiles,&alii ſuo ordine patrio incenſandi ſunt: hac tamẽ moderatione ſer uata, vt ſi canonici pluuialibus induti fuerint; ipſi poſt Prælatos immediate,vt ſupra,incenſentur pro pter habitum eccleſiaſticum, & ſacrum: ſi uero nõ ſunt induti pluuialibus; tunc(iuxta tñ patriũ mo rem)poſt vexilliferos populi collegialiter magiſtra tum repreſentantes, & non aliter, & poſt Quadra- ginta Conſiliarios ſimiliter cõgregatos,ipſi incẽſan tur: alioquin canonici Bonoñ: in choro cũ cottis; ſiue ſuperpelliciis ueſtiti prius incenſari debent:ſu per qua re uide quæ ſcripſi ſupra in Capitulo de lo- co canonicorũ &c.

DE PACE DANDA CVM SVA DISCI*plina ac per quem.* Cap. L.

REGVLA eſt cerimonialis quamquam non ubiq; intellecta, & per conſequens nõ obſeruata; dum aliquis aſſiſtens cappellanus pluuiali paratus celebranti Prędlato miniſtrat, ꝙ tunc ipſe, pacis oſculum, cum uultus, & genæ ſiniſtræ oblatione à celebrante Prælato accipiat; & ſimili modo illud ad alios deferat, ideſt cum ſimili uultus, & genę porrectione. Quando aũt nullus Aſſiſtens paratus, vt ſupra adeſt; tũc per aliquem cappellanum, & nunq; per Diaconum Euangelii pax inſtrumentalis, ſiue aurea, ſiue argẽtea porrigatur oſculanda. Tametſi huic Doctrinæ & regulæ, mos, & uſus Eccleſiæ noſtræ, & aliarum plurium, vt in hoc actu, ſic etiã in multis repugnat Ergo Card. Epõ celebrante Aſſiſtens dicto cum ipſo, *Agnus Dei*, uadit ad dextram eius, & genuflexus oſculatur ſimul cum illo eodẽ tempore altare: deinde ſurgens accipit in maxilla ſiniſtra pacem à celebrante dicente ei, *Pax tecum*, cui reſpõdet ipſe. *Et cum ſpiritu tuo*; & ſic Aſſiſtens comitãte cappellano cerimoniarũ vadit ad Legatũ cui reuerenter cum uultus porrectione pacem offert, dicens, *Pax tecum*, cui Legatus etiam, ut ſupra reſpondet: ipſe autem Aſſiſtens ante, & poſt oſculum facit inclinationem profundam in conſpectu Legati; pro quo actu Legatus nutu reſpondebit, vt ſupra dixi de incenſatione: tum uadit ad Magiſtratum, & ex eis primo ſtanti cũ leui capitis inclinatione det oſculum pacis; & ille cui, pręter Legatum, datur pax, ſimiliter caput aduer-

ſus

ſus Aſſiſtentem alioquin canonicum, ſiue in digni tate conſtitutum inclinat, & habita pace, ipſemet primus dat eam ſecundo, & ſecundus tertio, & ſic ſucceſſiue uſq; ad finem Antianorum, ſe ipſos oſculando. Deinde idem Aſſiſtens uadit ad primum Prę latum, cui, ut ſupra, dat pacem, & ille alio uſq; ad vltimum; tum dat Diacono, & ille Subdiacono, inde ſimiliter Archidiacono, ſeu Archipresbytero, paratis; uel primo canonico; parato in vna parte chori, & ille alio uſq; ad vltimum in eadem parte; & poſtremo alteri in altera parte, ut in prima: Deinde primo Vexillifero populi, tum primo Conſiliario; & demum uadit ad altare, vbi dat illam uni cappellano parato ad hoc diſpoſito cum pluuiali; qui facta prius aduerſus dantem capitis inclinatione, aliis de choro miniſtrat ordine ſuo. Porro ſi contingat inter magiſtratum eſſe aliquem Oratorem, qui Prælatus ſit, aut qui habitum, & tonſuram eccleſiaſticam profiteatur; tunc, quia huiuſmodi profeſſio inter ſe diuerſa eſt, ideo alter alterum nō oſculatur; ſed ille Aſſiſtens pacis dator, oſculato Vexillifero Iuſtitiæ, qui laicus eſt, nō patietur ꝙ Vexillifer oſculetur Oratorem eccleſiaſticum; ſed ipſemet Aſſiſtēs oſculabitur Oratorem̄ Eccleſiaſticum ſolum; deinde laicum, qui alterum laicum oſculabitur, & ſic deinceps vſq; ad finem. Idem quoq; ſeruetur de Locūtenente, ſiue de Gubernatore eccleſiaſtico, qui non oſculatur Vexilliferum, ſed ſi haberet apud ſe aliquem Prælatum, puta Oratorem Papæ, aut Impera-

toris

torís,aut Regís, vel alícuíus maximí prīcípis, vel etíam ipſum Rectorem ſtudij eccleſiaſticum; tunc ipſe Locumtenens, vel Gubernator eccleſiaſtícus oſculatur illum Oratorem Prælatum, vel Rectorē eccleſiaſticū, ſed hí non oſculātur Vexilliferū, nec alíum Antianum, nec Prætorē, vt pote laicos. Quod ſi inter Prælatos Legatí, aut Epī Card. aut alíos quoſcunq; Prælatos in deputato ſedilí manētes ſint Prę-latí diuerſorum graduum, vt Epiſcopi, Prothonota-rii, Abbates, Generales ordinū mendicantíum, Pœ-nitentiarij, Subdiaconí, Auditores Rotæ, Clerici Camerę, & accoliti Numerarii apoſtolicí: quí omnes quantumcunq; in vno ordíne ſcamnorum ſedētes; tamen Aſſiſtens ipſe pacís dator oſculatur dumta-xat prímum ex quolibet ordíne, & non patítur ꝙ Epiſcopus oſculetur Prothonotaríum, nec Protho-notaríus Abbatem, nec Abbas generalem, & ſic de-inceps; ſed quiſq; ordo, ſuum, & non alienum ordi-nem oſculatur. Aſſiſtens enim primum cuíuſq; ordí nís oſculatur, & prímus ſecundum, & ſic vſq; ad vlti mum illíus ordínis. Vnum autem ordínem voco of ficíales omnes, vídelicet, Subdíaconos, Audítores, Clerícos, & Accolítos apoſtolícos. Item ſi inter ca-nonícos aliquis ſit Prelatus, quí non ſit canonícus, tunc Prælatus ille, habíto oſculo, nō oſculabitur canonícum, ſed ſi canonícus erít, quantumcumq; nō ſit indutus cotta, & habítu canonícali, ſed man-tello, & capitio, tamquàm Prælatus; ípſe Præla-tus canonícus oſculatur canonícum, & non aliàs; &

hæc

hæc vera, & magiſtralis forma pacem dandi. Pueris autem clericis, ac populo vulgari, nec non mulieribus per aliquem alium cum inſtrumento materiali pax dabitur. Illud autem non omittatur ſecundũ aliquos, vt monacis ſimplicibus .i. non Prælatis, ſi qui aderunt, nullatenus pax detur, ſiue vultu, ſiue inſtrumento quia in hoc actu mortui cenſentur. Et licet ſupradicta pacis datio cum vultu, vt ſupra debeat fieri, tamen vidi in aliquibus locis ſic ordinatum fuiſſe, vt primus Prælatus vadat pro pace in vultu capienda à celebrante; quam Legato offerat ſimiliter cum vultu; & ille poſtea firmus in loco ſuo eam dat Aſſiſtenti, qui ad ipſum propterea acceſſit, & diſpenſat eam, vt ſupra; quod ſolemnius eſſe dicunt: fiat autem, vt magis Legato, ac Cardinali Epiſcopo placebit. Tamen prior modus magis placet .ſ. quando Aſſiſtens eſt in habitu paratus, & dignus, vt Vicarius Epiſcopi, aut ſenior canonicus, ſicut eſſe debet; quia tunc ipſe ſolus, & non alius portat pacem vultu ad Legatũ, & ad alios, vt ſupra: Sed quando nullus eſt Aſſiſtẽs paratus, quo caſu pax dari debet inſtrumenro materiali; tunc primus Prælatus & nõ alius poterit ferre pacem inſtrumentalem ad Legatum. Itẽ Cardinali non celebrante, ſed miſſam coram ſe cantatam audiente, vnus cappellanus inſtrumentum pacis à celebrante prius oſculatũ portat ad ſeniorẽ canonicũ aſſiſtentem, qui offert Cardinali, deinde reddit illud cappellano, & ille aliis diſpenſat pacem ordine ſupradicto. Et in hac pacis

datione

datione p oſculũ vultus, obſeruetur, vt nulli oĩno detur genuflexo, ſed ſtãti, ſicut de incenſo dictum eſt. Illud quoq; ſciant canonici ſi qui ex eis parati à Cardinale Epiſcopo communicandi ſunt illa die, ut pacem non accipiãt ab aliquo per oſculum; ſed priuſquam Euchariſtiam de manu Epiſcopi accipiant oſculantur manum eius, & poſtquàm Euchariſtiam ſumpſerint, tũc faciem eius oſculantur, quod eſt omnibus inſtar pacis datæ, ut infra in capitulo de communione dicetur.

PARIDIS CRASSI DE CERIMONIIS CARDINALIVM ET EPISCOPI: IN EORVM DIOECESIBVS.

Liber Secundus.

AD REVERENDISS. D. CARDINALEM

Bononien. Epiſcopum, Paridis Craſſi canonici Bononien. & Cerimoniarij apoſtolici. Præfatiuncula in Librum Secundum.

POSTQVAM ſuperiori libro, Pater Reuerendiſſime, vt puto, ſufficienter admodum documenta collegi, præparatoriaq́ fere omnia diſpoſui, quibus ſacra res, velut acies ſpiritalis inſtructa peragi poſſit: Nunc hoc in loco res propoſita videtur exigere, vt tuis fœlicibus auſpiciis, tuaq́ ſingulari doctrina ſuggerente fretus ad ipſas ſacrificiorum actiones manum apponam. qua in re, vt quandoq́ ſum præfatus me non omnia poſſe, quæ agenda, aut quamobrem ſic agẽda ſunt explicare, id ipſum ſane nunc quoq́ repeto. Quoniam pleriſque anteceſſores mei, & ſi copioſiſſime eaſdem res, earumdem tamen cauſſas non explicauere: quemadmodum ergo illi cerimonias Papales, vt præcellentiſſimas, aut epiſcopales, vt remiſſas exequuti

ſunt. Nos Cardinalares ritus (quod eſt inter vtrunque medium; ác in plurimis ab vtroq; diſtinctum cerimoniarum genus) aggreſſi ſumus; non quidem ea perſuaſione ducti, vt omnia perfecte reddamus abſoluta; ſed tuæ ſaltem eruditionis ampliſſimę documẽto ſuffulti, vt aliqua ex parte diſſeramus, nulla enim, vt dixi, tam regularis, & compoſita, ac diu caſtigata eſt conſtitutio; quæ, vt pote noua, in dies pleriſq; non ſubiiciatur erroribus; quæq; ſemper aliquo doctore veluti nouo, vt ita dixerim, ſyndicatore, aut leguleio non egeat. Propterea quicquid in hac mea ſacrarum rituum agendorum normula, tam quæ præſcripta eſt, q̃ quæ ſcribenda ſequetur: correctione, uel immutatione indigent, cognitioni tuæ ſummitto, vt ſecundum iuditii tui diuinitus illuſtrati plenitudinem corrigas, & immutes.

DE ACCESSV CARDINALIS EPISCOPI *ad Eccleſiam; & de hora tertiarum per ipſum ſolemniter cantanda. Et de parando interim Cardinali celebraturo & omnibus miniſtris, ac canonicis, tam in presbyterio, q̃ in ſacriſtia.* Cap. I.

ITAQVE ſecundum hunc librum à primo celebraturi Cardinalis acceſſu ad ſuam Eccleſiam ordiendo, dico ꝙ omnibus, & ſingulis his, quæ ſupra, & prout expreſſa ſunt pro celebratione miſſę per Cardinalẽ ſolemniter cantandæ diſpoſitis: ipſe aſſociatus, vt moris eſt á canonicis

cís à cubículo ad Eccleſiam, veníens ín cappa ſua ru bea, Legato forte ad Eccleſiam veníentí obuíat vſq; ad portam Eccleſiæ príncipalís excluſiue, ſecum du cens canonícos ſuos ſequentes cottís veſtitos; quo rum dígníor aſperſoríum íntra portam Eccleſiæ ac- ceptum, per Sacríſtam príus íbí paratum, offert Le- gato íam portam íngreſſo; quí ínuítato príus Card. Epíſcopo (non tamen acceptante) aſpergít ſe: níſi Cardínalem príus (renuentem tamẽ) aſpergere ve- lit, & ſic deínde ſe, tum magíſtratũ, índe canonícos, & alíos: quę aſperſio fit quocunq; díe anní Legatus ad Eccleſiam ſolemníter venít; & ſic ambo ſimul an te altare euntes ſuper duobus puluínís genuflexí orationem faciunt. Legato autem non venturo, ſi ípſa díes Domíníca ſit, aut ſi Cardínalís tunc ſit ce- lebraturus, & non alíás; ípſe accepto ab eodem ſe- níore canoníco aſperſorío extra presbyteríũ apud adítum ín tríbuna .í. ín ípſo veſtíbulo, ſe, & omnes aſpergít: tũ ante altare ſuper puluíno genuflexus orat: organís feſtíuíter ſonantíbus contínue: Deín- de Cardínalís paulíſper ín faldíſtorío ſedens quíe- ſcít, donec omnes cõſederínt, & míníſtrí omnes ſua ſuperpellítía índuerínt, & omnía parata fuerínt. De mum lícentía à Legato habíta pro hora tertíarum ínchoanda, ut morís eſt; & ceſſantíbus organís, ípſe Cardínalís ſurgít, ſurgentíbus omníbus de choro, & verſus ad altare, ſtans detecto capíte ſecrete dícít totum, *Pater noſter*, deínde facíens ſibí ſignum crucís à fronte ad pectus alte cantat, *Deus in adiutorium &c.*

cui chorus reſpōdet more ſolito, ſicut pro veſperis. Inde ſi Cardinali placeret intonare hymnum, vide licet, *Nunc ſancte nobis ſpiritus*: tunc prędicto manſionarario intimatore ad ipſum accedente, & hymnum cum ſupradictis ſuis cerimoniis intimante Cardinalis illum reſumit ex libro cantans, vt ſupra. Si autem chorus hymnum organo alternatim reſpondente cantet, & Cardinalis omnino manet ſic rectus, vſque quo fuerit inchoatus pſalmus, *Legem pone &c.* quo incepto ipſe, ac Legatus, & omnes alii demptis miniſtris ſedeāt cooperto capite. Et quia dum pſalmi ipſius tertiæ cantātur Cardinalis debet interim de toto parari, & legere pſalmos, verſiculos, & orationes, quæ multę ſunt, & multo tempore opus eſt: ideo admoneantur cantores, & organiſta, ut lente cantēt ſuos verſus, etiam modulādo pſalmodiam, & ille ſimiliter ſonando alternatim pro ſuo verſu, reſpondeat ſolemniter, vt fit dum cantatur in veſperis ſolemnibus canticum, *Magnificat*; Pro quibus pſalmis decantandis ita vtrinque obſeruetur, vt tantum proportionati tēporis diſpenſetur, quoad Cardinalis poſſit cōmode de toto eſſe paratus, antequàm inchoetur capitulū. ergo inchoato primo pſalmo presbyter aſſiſtēs cotta indutus, genuflexus ad ſiniſtrā ipſius celebrantis, tenet librum, ex quo legit totam antiphonam, *Ne reminiſcaris*, & pſalmos eodē ſolo Aſſiſtente alternatim cum ipſo legēte. Interim duo ſcutiferi credentiarii accepta ſandalia diſcooperta cū caligis de abaco, portant alte vſque ad vultū eleuata

ad

ad Cardinalē, & genuflexi ante ipſum cōmunibus calciamentis excalciant, & ſacris calciant. Vnus tñ ex eis portat omnia illa, & alius vacuus comitatur: & illico cappellani octo in gyrum ante faciem dñi genuflexi, oram cappæ eleuant, ut ſub illa ſcutiferi duo prædicti ſubeuntes commode calciare poſſint ipſum; quo calciato, ſurgentibus ſcutiferis, & receſ dentibus; cappellani octo ſurgūt, & ſtant ad ſiniſtrā Card. Interim dū calciamenta ponuntur Diaconus, & Subdiaconus ēt paramenta ſua capiunt, vt ſupra dictū eſt. Finita p celebrantē ſemp ſedentē pſalmoſ rū verſuū, & orationū oīum à prima uſq; ad vltimā lectione; ipſe iam calciatus depoſita cappa ſedens in rocchetto lauat manus vt ſupra; pro quo actu, ſi qui aut clerici aut laici genuflectere vſq; ad terram vellent præſente Legato, ipſe ob reuerentiā Legati indicet modeſto nutu, ſe id nolle; ideoq; moneat, vt ſurgāt à genuflexione. Abſente vero Legato hmōi genuflexiones maxime nobiliū virorū oſtēdat nō velle: tñ patiat̃ cū modeſtia fieri. Si vero Cardinalis vellet legere orōnes paramentorū erectus ſtās; tūc nulli de clero, ſiue populo, preter miniſtros aſſurge re ſolent; ſed melius ē, vt ſedens legat oēs orōnes. Loto celebraturo illico adſint oēs cappellani, alius aliū ſequentes per longam lineam ante faciē Carſ dinalis, ſicq; ipſius paramenta ordinate, ſicut ſuper altari poſita ſunt, portantes, vt ſupra; quæ ſigillaſ tim Diaconus, & Subdiaconus accipientes de maſ nibus illorum, imponunt celebraturo ſtanti; ex qui

bus

buſoſculanda offerunt,amictũ,crucẽ pectoralẽ,& crucẽ ſtolæ, & non alia.Indutus ergo vſq; ad chiro thecas incluſiue .i. dalmatica ſumpta, ipſe accipit pluuiale,& annulum pontificalem, ſedenſq; accepta p̃tioſa mitra ſic exſpectet, donec interim à choro finiantur tres pſalmi pro tertia;& dum repetitur antiphona,Subdiaconus paratus cãtaturus in miſſa epiſtolam, vadit ſolus cũ cappellano cerimoniarum,qui illi librum portat ad locum epiſtolæ cantari ſolitæ,& ibi accepto libro,quem ipſe ſibi tenet, cantat capitulũ,pro quo Cardinalis cum mitra ſurgit,ſurgentibus omnibus,verſa facie non ad altare, ſed ad ipſum cantantem,ſic ſtans, donec cantores cantant reſponſorium vltimi verſiculi.Finito capitulo Subdiaconus reddit librum Cerimoniario, & vadit ad locum ſuum.Interea vero cappellani acceptis duobus candelabris de abaco inter altare, & Cardinalem hinc inde, aſtant Cardinali verſis inuicem faciebus,in quorũ medio eſt cappellanus cũ libro uerſis humeris ad altare:& finito reſponſorio Cardinalis depoſita tunc mitra ſtans,vt erat: verſa facie ad populum,cantat,*Dominus uobiſcum*,tum verſus ad altare *Oremus*,ac orationem,ut ſupra dixi: Quando autem cantatur à choro, *Benedicamus Domino*, & ab organo reſpondetur,*Deo gratias*;ipſe depoſito pluuiali,& annulo,accipit chirothecas,ac planetam, & ſedens mitram,ac vltimo annulum pontificalem, & alios cõmunes annulos quos,& quot placuerit ſuper ipſis chirothecis. Si autem Cardinali Epiſcopo magis

magis placeret in ſacriſtia, q̄ apud altare parari(qđ minus ſolemniter, ac ſimplicius eſſet) tunc hora tertiarũ poſitiue, ideſt, abſq; modulatione organorũ, vt aliјs diebus feſtiuis, & aliæ horæ canonicæ, parãte ſe Cardinali cantabuntur; & ipſe eodem ordine, quo ſupra, parabitur; canonici etiam ſua pluuialia induentur in ſacriſtia, vnde eodem ordine per aditum ante altare directum ibitur, quo in capitulo de initio, & proſequtione miſſæ dicetur: niſi quod baculus paſtoralis per miniſtrum deputatum portabitur, & canonici omnes, & aliј, ſi qui erunt parati, Cardinalem Epiſcopum, & eius miniſtros altaris. i. Subdiaconum, ac Diaconũ, & Aſſiſtentẽ p̄cedunt.

DE PARANDIS DIACONO, ET SVBDIACONO, ac *Aſſiſtente, quando, qualiterue, & ubi.* Cap. II.

DIACONVS, & Subdiaconus celebraturo iam pſalmos legere inchoante, ideſt dũ ei ſandalia calciãtur, induunt ſe ſua paramenta clericis ſacriſtiæ adiuuantibus, videlicet, prout aliquibus placet, Diaconus in Euangelii, & Subdiaconus in epiſtolæ cornibus altaris, ſuper altari poſita, dudum ante per ſacriſtam, & eo modo ordinata, quo veſtiri debent, quod tamen minus cõuenit, vt ſupra dixi: Immo honeſtius eſſe uidet́, vt ſacrificãte Cardinali, ipſi miniſtri ſe parẽt aut apud abacũ, aut poſt altare, vel in ſacriſtia, dummodo nullatenus in pręſentia Cardinalis, alioquin tamen

tamen ordinate.i.facto ſigno crucis à fronte ad pe-
ctus; primo amictum cum oſculo, tum albam, & cin
gulum, & Diaconus ſtolam cum oſculo ſuper hu-
mero ſiniſtro, coniunctam ſub humero dextro, &
dalmaticam, Subdiaconus uero tunicellam, ſi tamẽ
illis debent vti, ſi autem planetis vtuntur, tunc eas
non induunt, niſi celebraturo in totum parato, vſq;
ad eius planetam, mitram, & annulũ incluſiue: quo
parato, & ipſi capiant planetas replicatas, & demũ
manipulos. Planetis autem utuntur quotieſcunq;
color paramẽtorum eſt violaceus, ideſt Dominicis
de aduentu; præterquam in tertia Dominica de ad-
uentu, qua in introitu legitur, *Gaudete*, & in die cine-
rum, ac omnibus Dominicis Quadrageſimę, pręter
quàm in Dñica quarta Quadrageſimæ, quæ dicitur
de roſa, in cuius introitu miſſæ legitur, *Lætare.* Item
in omnibus miſſis ferialibus. Item in feria ſexta, &
in officio ſabbati hebdomadę ſanctæ ante miſſam.
Si vero ipſi Diaconus, & Subdiaconus ſint canonici
miniſtraturi alicui alteri Prelato, præter Cardinalẽ,
qui ſe apud altare parare vellet; etiam ipſi canoni-
ci ibidem ſe parare poſſunt, & debent. Ambo itaq;
veſtiti, vt ueſtiendi ſunt, exſpectẽt ſedẽtes, vel poſt
terga Cardinalis, uel ubi paramenta acceperunt.
Interim Diaconus ſuum Euangelium, & Subdiaco-
nus epiſtolam præuideant, ſignaculum apponen-
tes in eo folio, ex quo recitare debent: & ſi folium
eſt vertendum, illud plicent inferius, aut dicant Ce-
rimoniario, ut in tempore vertat folium, & hæc fa-
ciant

ciant donec cappellani celebrãtis ꝓ paramentis ad altare veniant: veniunt autem quando ipſe Cardina lis celebraturus vult lauare manus; tunc enim, & nõ prius ipſi Diaconus, & Subdiaconus ad celebrãtem accedunt, detecto capite, & ſic firmant ſe, videlicet, Diaconus ad dextram, & Subdiaconus ad ſiniſtram, ſubſtinentes mappam hinc inde, pro lotione manuum, & veſtituri celebrantem: quomodo autẽ veſtiri debet, ſupradictum eſt. Aſſiſtens vero presbyter nunquam prius capit pluuiale in miſſa, neq; planetam in veſperis, niſi celebraturo penitus parato. Hoc quoq; non poſtponat, vt nunquam eodem habitu, quo celebrans vtatur. Nam ſi celebrans eſt pluuiali indutus, vt in veſperis; ipſe ſit planeta: ſi autem ille eſt planeta, vt in miſſa, tunc ipſe ſit pluuiali indutus: & ſub horum neutro paratu inuoluit amictum circa collum ſuum, ſed ſuper cotta ſimpliciter induit alterutrum, niſi canonici amictum induerent, quod eſſet, quando manſionarii paramenta quoq; induerent, vt ſupra dixi, in capitulo, De habitu canonicorum &c. Demum finita re diuina ibi exuitur, vbi induerat; ſed antequàm incipiat D. Cardinalẽ exuere, ipſe ſe exuit, quamquàm Diaconus, & Subdiaconus remaneant in paramentis.

DE INITIO, ET PROSEQVVTIONE *miſſæ ſolemnis per Cardinalem Epiſcopum cantandæ* Cap. III.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Paratus Cardinalis rurſus petit ex mo-
re licentiam à Legato pro miſſa inchoan
da, qua habita, ipſe ſedens, miniſtrante
tu nc nauiculam presbytero aſſiſtente, ponit incen-
ſum in thuribulum more ſolito; & procedit ad alta-
re h oc ordine, videlicet: Duo mãſionarii cum ſacris
ueſtibus, & virgis: Cappellanus cum thuribulo fu-
migante: Duo cappellani cum candelabris: Subdia-
conus ſolus cum libro Euangeliorum clauſo, & ma-
nipulo in eo: inde cappellanus paratus ſacris veſti-
bus cũ baculo paſtorali, niſi Cardinalis, vt deberet,
illum manu propria ſiniſtra vellet deferre: tum Car-
dinalis medius inter Aſſiſtentem à dextris, & Dia-
conum à ſiniſtris: poſt eum immediate ſequitur cap
pellanus de mitra, & alii cappellani ſui: cum fuerit
ante cornu epiſtolæ, eleuata facie ad Legatum, illũ
cum mitra ſalutat, cui Legatus aſſurgens non bene-
dicit; ſed caput detegens illi correſpondet. Prælati
vero, & omnes alij ſimiliter reuerentiam faciunt ce-
lebranti, cuius cappellani, & miniſtri faciũt profun
diorem reuerentiam Legato. Inde perueniens ante
medium altaris, reddito baculo, depoſitaq; mitra; ac
interim recedẽtibus omnibus, qui aſſociarunt, præ
ter illos de baculo, & de thuribulo, ac ceſſantibus
tunc organis, ſed choro introitum inchoante; facit
nudo capite profundam reuerentiam cruci, ſuper
altari poſitæ, & medius inter Diaconum, & Subdia-
conum ſtantes, cõfeſſionem cum illis facit. Aſſiſten-
te vero retro inter Cardinalem, & Subdiaconum nõ
perſonam

perſonam,ſed ſolum caput tenente,& cum ipſis cõfeſſionem faciente. Itaq; cõfeſſionem faciendo, ipſe quidem celebrans alloquitur miniſtros in plurali, vt *Vobis fratribus*, & *Miſereatur ueſtri*, ſed miniſtri alloquũtur celebrantem in ſingulari, vt *Tibi pater*, & *Te pater*, & *Miſereatur tui, &c.* quæ cum dicunt, caput verſus ipſum humiliant, & deinde dicto, *Indulgentiam*; Subdiaconus dat librum interim tenendum Cerimoniario, & acceptum ex illo manipulum ponit in ſiniſtra Cardinalis cum oſculis, vt ſupra. Legatus ſtans cũ ſuis cappellanis genuflexis confeſſionem facit, & ſimiliter Prælati ſtantes, necnon canonici, qui parati ſunt & ipſi ſtãtes inuicem; ſed magiſtratus, & omnes alij tam laici, quàm clerici, ubicunq; ſint, genuflexi illã faciunt. Quòd ſi ſine Legato magiſtratus cũ Locũtenente, ſeu Gubernatore Prælato adſit; ipſe Gubernator ſtans cum cappellano genuflexo; non autem cũ cum Vexillifero, nec genuflexus; confeſſionem faciet. Canonici ſi parati erunt, ſtantes confeſſionem ſimul faciũt; ſinaũt facient genuflexi, & ſimiliter mãſionarii, & alij oẽs, qui de choro, & clero parati erũt. Cardinalis finita confeſſione in primo gradu humiliatus dicit orationem, videlicet, *Oremus, Aufer à nobis &c.* & apud altare dicit aliam orationem videlicet, *Oramus te Domine &c.* & cum dicit *Quorum reliquiæ hic ſunt*, oſculatur altare, & mox ambabus manibus tangens librum Euangeliorum oſculatur illum, quem Subdiaconus apertum in folio Euangelii currentis offert adiuuante Aſſiſtente; deinde ponit incenſũ

& incenſat altare, vt ſupra; & ipſe priusq̄ fuerit per Subdiaconum mitratus, & per Diaconum incenſatus, facta cruci tãtum, & non Legato reuerentia; accepto baculo reuertitur, deſcendendo, non per medios gradus, ſed per angulares ad faldiſtorium; vbi depoſita mitra, & baculo, facit ſibi ſignum crucis à fronte ad pectus, & legit introitum miſſæ, & *Kyrieeleiſon* cum ſuis miniſtris; tum ſi ſupereſt ei tempus ſedet ſedente Legato, ac omnibus de choro, & accipit mitram pretioſam, & gremiale: Inde miniſtri tres, ac cappellani omnes ſedẽt in locis ſupra deputatis. Cum dicitur vltimum, *Kyrieeleiſon*, ſurgunt placide, & modeſte oẽs miniſtri, & cappellani, & depoſito gremiali, & mitra, poſtquàm finitum erit de toto *Kyrieeleiſon*; & non prius, Cardinalis ſurgit; qui verſa facie ad altare, vt ſupra, cantat ex libro hymnum angelicum .i. *Gloria in excelſis Deo*; ſuper quo aduertat, vt non cantet ipſum hymnum in alio quoq̄ tono; niſi in eo tono, quem uocant de Paſchate, ſiue de Apoſtolis, videlicet per notas, vt, re, fa, fa, & ſi miſſa ſit de beata virgine, & nunq̄ aliter; quod expreſſe cappella Papalis, tanq̄ omnium rituum ordinatrix obſeruat; licet regulares, & alij aliter, & diuerſimode intonent. Itaq; intonato, vt ſupra hymno, illum cũ miniſtris proſequitur: ſimiliter Legatus cũ ſuis cappellanis; Prælati vero, ac canonici in ſuis locis inuicẽ ſimul idem faciunt, & in fine Cardinalis ſedet accepta mitra leui alba, & gremiali; & ſimiliter ſedent omnes, vt prius uſq; in finem hymni cantati.

ti.Hymno finito miniſtri;& cappellani;vt prius ſurgentes remouent gremiale, & cantoribus ſiue organis de toto ceſſantibus, & non prius,Cardinalis depoſita mitra ſurgit; qui ſtans verſus populum cantat;vt ſupra, *Pax uobis*,ſiue *Dominus uobiſcum*, ut miſſę congruit; deinde conuerſus ad altare, *Oremus*, & orationem, vt in Tertia cantauit,ſine tamen luminaribus. Dum cantatur cōcluſio vltimæ orationis ideſt *Per Dominum noſtrum.&c.* Subdiaconus accipiens librū, facienſq; reuerentias ſacrificāti, & altari, ac Legato aſſociatus à ſolo Cerimoniario, vadit,& cantat epiſtolam extra presbyteriū directe apud, & ante altare in cornu epiſtolę,ipſe ſibi librum portans, & tenens vſq; in finem, vt ſupra dictum eſt in capitulo de epiſtola cantanda: qua finita, & factis eiſdem reuerentiis; librum clauſum reportat; quem offert genuflexus ſuper genibus Cardinalis,cui etiam ſic genuflexus manum oſculatur; & habito ſigno crucis ſurgens dimittit librum epiſtolarum in manibus Cerimoniarii, acceptumq; librum miſſalem humiliatus ante faciem celebrantis ſolus cum Cerimoniario abſq; alio cappellano tenet; ex quo ipſe celebrans legit epiſtolam, graduale, & alia vſq; ad Euāgelium incluſiue,pro quo etiam dicit,*Munda cor meum*, & *Iube*, & *Dominus Vobiſcum*, non tamen ſignat textum,nec ſe,neq; in fine oſculatur illum. Cum à choro, ſiue organo cantatur vltimus verſus poſt primū *Alleluya*, & ante vltimum *Alleluya*,quæ cantantur ante Euangelium; Diaconus acceptum librum clauſum

portat

portat cum reuerentiis ad altare nihil dicens; quo ibi dimiſſo, & reuerſus ad celebrantem, miniſtrat nauiculam pro incenſo; tum redit ad altare, vbi dicto; *Munda cor meum, &c.* accepto libro venit ad celebrantem, à quo benedictione cum oſculo manus habita, vadit ad cantandum Euangelium: Interim autem dum Diaconus vadit ad altare pro libro, Cerimoniarius dat vni cappellano thuribulum in dextra, & nauiculam clauſam in ſiniſtra, & duobus cappellanis, duo candelabra de abaco ſumpta vel ſi Diaconus eſſet Archidiaconus, vel Archipreſbyter, vel aliquis Canonicus Prælatus apoſtolicus; quattuor funalia, & in tempore ſuo itur hoc ordine. Primus Cerimoniarius, Tum Thuriferarius, inde ceroforarii bini; poſtea Subdiaconus uacuus, vltimo Diaconus librum clauſum portans; quem nulli alii aſſociant, vt ſupra, & Diacono incipiente: & non prius; *Dominus uobiſcum*, celebrans depoſito gremiali & mitra ſurgit; & ſtans verſus cantantẽ audit Euangelium, tenens baculum paſtoralem ambabus manibus, & dum audit verſum, videlicet, *Initium*, vel *Sequentia*, ſignat ſe, vt ſupra. Finito Euangelio Subdiaconus librum, ſicut habet apertũ oſculandum portat ad celebrantem, non faciens reuerẽtiam ante ipſum, quando librum apertum habet in manu; ſed poſtq̃ illum oblatum clauſit, tum librum deponit, ſimul reuerentiam faciens. Itaq; celebrans verſa facie ad chorum, ſine mitra ſtans oſculatur librum, & incenſatur à Diacono, qui Euangelium

lium cantauit; & ſi eſt habendus ſermo, tunc illico celebrans ſedet cum mitra in ſuo faldiſtorio, non inde remoto; & ad eum ducitur ſermocinator; qui ſeruatis ſeruandis facit officium ſuum; & deinde cõ feſſio, & abſolutio, & indulgentiæ publicatio fiunt, vt ſupra in ſuis capitulis. Si vero non ſit habendus; tunc celebrans incenſatus, omiſſis ſupradictis, cõ uerſus ad altare cantat ſymbolum.i. *Credo*, ſi canta- re debet; quem cum ſuis proſequitur tacite, & dicẽs verſum totum, *Et incarnatus &c.* genuflectit cum mini- ſtris ſolis, & in fine ſedet cum mitra. Quando autẽ chorus cantat prædictum verſum; ipſe cum mitra ſemiſedens humiliata, & uerſa facie ad altare; ac ma nibus iunctis manet uſq; ad finem verſus. Legatus vero profundius detecto capite ſe inclinat, & alii omnes genuflectunt ad terram, vſq; ad finẽ uerſus prędicti. Cantato verſu prædicto, Diaconus ſolus vadit ad abacum, unde acceptam burſam corpora- lium portat ad altare, vt ſupra; ſi autem *Credo* non di citur, tunc celebrans uerſus ad populum, cantat *Do minus uobiſcum*, & deinde *Oremus*; & legit offertorium; & Diaconus illico portat burſam cum corporalibus ad altare, & cito ſe expedit, ut uerſus in tempore ad- iuuet celebrantem loturum, & ut ipſum aſſociet ad altare iturum. In fine ſymboli ſurgunt omnes mini ſtri, & finito totaliter ſymbolo, ſublatiſq; gremiali, & mitra celebranti; ipſe ſurgit, & verſa facie ad po- pulum cantat, *Dominus uobiſcum*, & *Oremus*, offertorium autem intelligibiliter legit more ſolito; tum ſedet

cum

cum mitra pretioſa, & depoſito annulo, & chiro-
thecis lauat ſolemniter. Interim Aſſiſtens acceptũ
librum, & puluinum comitante Cerimoniario por-
tat cum reuerentijs ad altare; & ſuper cornu Euan-
gelii apertum ponit, & deinde ſe extra cornu locat,
expectans ibi celebrantem, qui lotus, & terſus, ſur-
gens cum baculo in manu, ſolo Diacono à ſiniſtris
comitante, vadit ad altare, & non ante medium al-
taris, ſed in angulari cornu epiſtolæ aſcendit pri-
mum gradum; vbi facta Legato ſolita reuerentia, ſu
per illum gradum procedit ad medium altaris, &
ibi depoſita mitra, & baculo aſcendit ad altare, qđ
oſculatur, & offert, &c. vt moris eſt. Interea Subdia
conus loto, & terſo apud faldiſtorium celebrante;
ſubito accipit velum ad humeros, ac calicem cum
patena, & ſuis requiſitis, & habens poſt ſe cappella-
num cum ampullis vini, & aquæ præueniens cele-
brantem, vadit per gradus laterales ad cornu epiſto
læ altaris, vbi officium ſuum facit. & in tempore ac-
ceptam patenam coopertam ſemper tenet vſq; ad
finem, *Pater noſter*, vt ſupra in capitulo ſuo dictum eſt
plenius. Facta oblatione, celebrans ſine mitra an-
te medium altaris miniſtrãte Diacono nauiculam,
ponit incenſum, & incenſat primo oblata; ſed ſine
reuerentia illorum: deinde cum reuerentia incen-
ſat crucem, & altare, vt ab initio incenſauit. & fit in-
cenſatio celebrantis, Legati, & omnium, vt ſupra, &
celebrans proſequitur ſuas orationes ſecretas: &
cum vertet ſe ad populum dicturus, *Orate*, aduertat
vt

vt dicat, *Orate pro me fratres*, & non *Orate fratres*, quia myſterium habet, & etiam ſic exprimitur in antiquo. Deinde expleto per chorum, ſiue organum offertorio, celebrans poſtquàm finiuit omnes ſuas orationes ſecretas, cantat præfationem cum manuum diſpoſitione, vt ſupra in ſuo capitulo dixi. Et in fine cum Aſſiſtente, & Diacono dicit *Sanctus*, ſine pectoris percuſſione, quod nunq̃ percuti debet; ſed dicẽdo *Benedictus qui uenit, &c.* ſignat ſe à fronte ad pectus, vt aliàs. Interim cum recenſet nomina ſanctorum tam infra actionem in canone, q̃ etiam poſt illam expreſſorũ ibi, videlicet, *Nobis quoq; peccatoribus*, caueat, ne quos alios fortaſſe ſanctos pro ſua deuotione ſuperaddat, vel ſubtrahat maxime confeſſores; quia tempore canonis huiuſmodi celebrati plures non erant ab Eccleſia ſanctificati, nec cõfeſſorum ordo adhuc approbatus erat. Cum dicit, *Hanc igitur, &c.* Ceroferarii quattuor, ſex, vel plures, vt placet cum totidem luminibus, ſinguli ſingula præferentes, vadunt ad illuminandum ſacramentum apud Subdiaconum patenam tenẽtem; quem medium faciunt, videlicet, duo vel tres, aut quattuor hinc, & totidẽ inde, vel ſi magis placet hinc inde apud latera altaris: & illis ibi exiſtentibus, & cum eo genuflectentibus; omnes miſſæ præſentes, tunc, & non prius genuflectunt, præter tamen Aſſiſtentem, & Diaconũ, qui non niſi cum celebrante in eleuatione genuflectunt: & cum eleuatur Sacramentum; Cerimoniarius incenſo à ſemetipſo, vel ab aliquo cappellano

in thuribulum abſq; ulla benedictione ſimpliciter poſito, incenſat illud in cornu epiſtolę genuflexus ſed in miſſis pro defunctis Subdiaconus incenſat. Dum autem eleuatur ſacramentum corporis, & ſanguinis Dñi, omnes quibuſcunq; diebus, & miſſis præſentes illud adorent genuflexi; inter quos ipſi etiam de choro cantores tunc facto aliquo firmo puncto cõueniẽti, à cantu ſuo ceſſantes, & penitus ſilentes illud adorare debent genuflexi: Organiſta tamen interea ſuum officium facit, & repoſito demum calice; ipſi cantores ſurgentes ſuum cantum reſumunt, & proſequuntur, non obſtante noſtræ Eccleſiæ conſuetudine forſan cõtraria, quæ in hoc corrigi poteſt, & debet. Eleuato ſacramento, & facta illi per celebrantem reuerentia, ſurgunt omnes miſſæ præſentes, tam cappellani, ceroferarii, qui lumina portant extinguenda (niſi in die Paſchæ propter communionem generalem fiendam, qua demum finita exportantur lumina) q̃ miniſtri, & Legatus, ac Prælati omnes, & canonici. Et licet in cappella Papali omnium diuinorum actuum magiſtra non ſolum eccleſiaſtici, ſed etiam omnes laici, & ſeculares, ac regulares in cappella exiſtentes ſurgant, tamen hic laici omnes poſſent remanere in genuflexione, donec ad minus inchoetur, *Per omnia*, ante, *Pax Domini*, & tunc omnino omnes reliqui ſurgant habituri pacem, quia non datur pax, maxime ſolemniter, & cum oſculo oris, niſi ſtantibus. Celebrãs dicturus orationem Dominicam, i. *Pater noſter*, non

tenet

tenet hoſtiam in manu, vt quaſi omnes faciunt, ſed illa repoſita, ambas manus ſuper altari extra corporalia, vt ſupra dictum eſt tenens, cantat, *Per omnia ſæcula ſæculorum*, & *Oremus, &c.* vſq; ad *Pater noſter*, quod antequam incipiat, manibus deuote ante facię iunctis, & capite ſimul inclinato reuerenter illud incipit. Poſtea hinc inde dilatis alte manibus, vt in præfatione, proſequitur totum *Pater noſter*. In cuius finalibus verbis, Subdiaconus, qui ſemper patenam tenuit coopertam, illam ſic coopertam portat ad Diaconum in loco ſuo manentę, cui ſtans ſtanti offert, & ille velo à ſe remoto diſcoopertã accipit, & oſculatam celebranti porrigit, qui cum illa ſe ſignat à facie ad pectus, deinde illã oſculatur, & deponit ſub hoſtia. Subdiaconus autem depoſito ibidem velo in manibus Cerimoniarii ad locum ſolitũ reuertit. Aſſiſtens dicto, *Agnus Dei*, cum celebrante, vadit ad dextram eius, vbi ſimul cum eodem celebrante, oſculato per ſe genuflexum altari, ſeruit, & ſtans humiliatus, accipit pacem à celebrante, quam diſpenſat omnibus, vt ſupra. & interim Diaconus ſeruit pro Aſſiſtente in eius loco, & vice. Si vero eſt miſſa pro defunctis dicitur quidem, *Agnus Dei*, ſine pectoris percuſſione; ſed pax nec per oſculum, nec per inſtrumentum alicui datur, vt ſuo loco dicitur. Communione facta, celebrans purificat ſe vino ſolo, & ſine aqua; quod in omnibus purificationibus fit: deinde cum mitra lauat manus more ſolito; non quod quidq̃ immundum ex contactu ſacramenti

contraxerit, ſed vt ſuam potius indignitatem com memoret. Ablutionis autem aqua debet in locum mundum honeſte diffundi, vt altitudo ſacramenti reuerentius honoretur. Deinde celebrans cum mi- tra lotus, & terſus, rurſus illa depoſita, ex libro legit Antiphonā, quæ poſt cōmunionē dicitur. Interim Subdiaconus omnia vtenſilia, videlicet, Calicem, patenam, corporalia, & purificatorium cum burſa ad abacum reportat ſolus per gradus anteriores de ſcendens. Expleto cantu chori, & non prius, cele- brans vadit ad medium altaris, quo ibi oſculato; vertens ſe ad populum cātat *Dominus uobiſcum*, & apud librum verſa facie ad Crucem cantat, *Oremus*, vt ſu- pra, & orationem ex libro; qua ibidem finita iterū in medio altaris dat, vt prius, oſculum; & rurſus ad populum verſus cantat, *Dominus uobiſcum*, & Diaconus verſus, vt celebrans, cantat. *Ite miſſa eſt*, vel, *Benedicamus Domino*, prout competit, & ambo ſimul per partem epiſtolæ ad altare reuoluuntur, & celebrans legit, *Placeat tibi ſancta Trinitas etc.* In fine miſſæ Epiſcopus, Car dinalis daturus ſolemnem benedictionem priusq̃ mitram accipiat retrocedit ad cornu epiſtolæ; vbi detecto capite ſtans, verſa ad Legatum facie, mittit humaniter, & quaſi reuerenter ad ipſum, vt place- at illi dare benedictionem; ſed Legatus benigne ce lebranti deferens, cum aliquali gratiarum actione remittit eam, & ſic celebrans ad medium altaris re- uerſus, & accepta ibi mitra in capite, benedicens, more ſolito ex libro, ſi placet, ante ſe ſuper altare

 poſito

poſito cantat, *Sit nomen Domini &c,* & cum inccepturus eſt ſignare, tunc, & non prius, capit baculum ſiniſtra, & ſignat dextra, dicens *Pater, & filius, & ſpiritus ſanctus,* quod in omni benedictione ſeruatur. Si intra miſſam .i. poſt ſermonem fuerit indulgentia publicata; non amplius publicabitur aliquo modo; Si vero non fuit publicata, eo caſu per Diaconum latino ſermone; & ſi vulgaris populus in multitudine copioſa adſit, aut ſi alioquin videbitur Cardinali, per Subdiaconum vulgari publicabitur, vt ſupra ſuo capitulo dictum eſt. Poſtremo celebrans poſtq̄ pollice ſignauerit altare, niſi ſacramentum ſit ſuper altari, vt in die Paſchę, aut corporis Chriſti; quia tunc ſine ſigno crucis abſolute dicit, *Dominus uobiſcum,* & *Initium ſancti euangelij ſecundum Ioannem,* & *In principio,* quod per gradus laterales, non per medios eundo ad faldiſtorium proſequitur. In die vero Natiuitatis non legit, *In principio erat uerbum,* quia iam in miſſa ſuo loco fuit lectum, ſed legit illud quod eſt cantatum in prima miſſa, nō autem, quod eſt in die Epiphanię, vt in multis locis fit. Interim Legatus, & omnes alii, exceptis canonicis, in ſuis locis ſedentes exſpectant, quoad celebrans exutus fuerit à duobus miniſtris, qui parati, prout erant, debent illum exuere: Canonici vero depoſitis in locis ſuis pluuialibus, veniunt ad agendas gratias Epiſcopo Card. de miſſa pro ſalute animarum cleri, & populi ſui ad Deū habita, ac ēt ꝗ rite & deuote celebrauerit. Demum depoſitis omnibus paramentis, & cappa reſū

pta, Epiſcopus Cardinalis & Legatus ſimul, & eodẽ contextu à locis eorũ recedunt; & ſimul congratulãtur. & Epiſcopus Cardinalis Legatũ aſſociat vſq; ad portam Eccleſiæ. Demum Cardinalis Epiſcopus ſi placet, ſaltem miniſtros tres miſſę, tenet ſecum reficiendos in ſua menſa cibis corporalibus, ſicut tenuit in miſſa refectos alimentis ſpiritualibus.

DE OMNIBVS, ET SINGVLIS SIMVL *collectis cerimoniis; quibus ſolus celebrans Cardinalis, uel Prælatus in ſua miſſa, tam dicto, quam facto utitur.* Cap. IIII.

Vt autem non ſolum Reuerẽdiſſimus Dominus Cardinalis noſter Bonoñ: Epiſcopus, ſed etiam quiſq; alius, ſiue Cardinalis, ſiue Prælatus celebraturus, ſciat, quibus cerimoniis ad ipſum ſolum, tam in voce, quàm in actu pertinentibus vti poſſit, & debeat, quas etiam cappella Papalis tamquam omnium rituum magiſtra meil lis in præſentiarum præfecto obſeruat; hæc quæ ſequuntur ordine reſumenda duxi. Pro cuius quidem rei demonſtratione accipiam miſſam maiorẽ, ſcilicet tertiam in die Natali tamquàm exemplarẽ. Et primo celebrans ante infimos altaris gradus inter miniſtros ſtantes, ſtans reuerentia (ut ſupra) altari exhibita, confeſſionem cum ſigno crucis ſibi à fronte ad pectus producto, incipit, & proſequitur in plurali loquendo, *Vtuos fratres*, & *Vobis fratribus*, &

ſemper cum̄ perſona recta permanendo: niſi quan-do dicit, *Confiteor* totum: quia tunc parum caput in-clinando dicit illud, non autem reliquam confeſſio-nis partem, in qua dicto, *Indulgentiam*, capit Subdiaco-no ponente, in ſiniſtra manipulum: & ea finita; aſcendit primum gradum, ubi capite inclinato di-cit, *Oremus*, & orationem, videlicet, *Aufer à nobis*, totam uſq; ad *Amen*. Deinde deſcendit ad altare dicens, vi-delicet, *Oramus te Domine*, &c. & cum dicit, *Quorum reli-quiæ hic ſunt*, oſculatur, vt ſupra primo altare in medio deinde librum Euangelii in eo folio, ubi eſt textus Euangelii currentis, ſibi per Subdiaconum ibidem oblatum. Inde ibidem ſtans conuerſus ad Diaco-num offerentem ſibi nauiculam, ponit incenſum tribus uicibus in thuribulum, dicens interim, vide-licet, *Ab illo benedicaris, in cuius honore cremaris*; & repoſito cocleari, facit ſignum crucis ſuper thuribulū, quo accepto, incenſat altare; deinde incenſatur ipſe mi-tratus cum diſciplina ſupradicta loco ſuo. Inde ſic mitratus facta cruci reuerentia, vadit per gradus an-gulares ad faldiſtorium ſuum; vbi ad altare conuer-ſus, & mitra depoſita, ac rurſus facto ſigno crucis, manibus iunctis, intelligibili voce legit introitum, uidelicet, *Puer natus eſt nobis*, vſq; ad finem. Deinde di-cit pſalmum, videlicet, *Cantate Domino*, & in fine, *Gloria patri*, quod cum dicit, caput inclinat; deinde proſe-quatur, *Sicut erat*, uſq; ad *Amen*, & iterum repetat cum ſimili ſigno crucis introitum prædictum uſq; ad pſalmum; Tum dicat, *Kyrieeleiſon*, *Chriſteeleiſon*, nouies

alterna-

alternatis vicibus; qbus dictis ſedet accepta mitra, & gremiali tenens ita decenter ſuper illo manus, ut & honeſtatẽ prę ſe ferat, & gremiale ſuſtineat, nõ tñ digitos interſerendo. Finito ultimo *Kyrieeleiſon*, & depoſita mitra ſurgit, & ſtans verſus altare, manibus primo iunctis, ex libro cantat hymnũ Angelicũ in tono, quẽ Apoſtolorum vocant, videlicet. *Gloria in excelſis Deo*; & cum dicit *Deo*, eleuans aliquantulum manus vſq; ad oculos iungit eas, & leuiter caput inclinat; deinde plena, & intelligibili voce proſequitur cum miniſtris ex libro legens uſq; ad finem manibus iunctis: & cum dicit *Adoramus te*; caput inclinet; & ſimiliter cum dicit, *Gratias agimus tibi*: item cum dicit, Iesv *Chriſte*. Itẽ *Suſcipe deprecationem noſtram*. Item in finalibus verbis Iesv *Chriſte*, caput inclinet, & vltimo cũ dicit, *Cum ſancto ſpiritu*, ſibi ſignum crucis faciat à fronte ad pectus. Lecto hymno, ſedeat accepto gremiali, & leui mitra, qua vtitur vſq; ad offertorium incluſiue. Demum cantato per chorum de toto hymno, aufertur ſibi gremiale, & mitra, qui ſurgens verſa facie ad populum cantat, vt ſupra, videlicet, *Pax uobis*, quod cum dicit, diſiunctas manus iungit; tum reſpondente choro, vertat ſe ad altare, vt ſupra demonſtratum fuit: & verſa ad crucem facie; reſpõſo per chorum totaliter finito; & non prius, cantat, *Oremus*, quod dicendo, iunctas manus diſiungit, & ſimul caput inclinat; tum manus ante pectus diſiunctas, ita tamen q̃ vna vola, aliam uolam, (& non aliter) reſpiciat, alte ad ęqualitatẽ humerorũ tenens,

vt prius orationem cantat videlicet. *Concede quæſumus. &c.* vſq; ad finem in tono, quem infra ponam in capitulo, de tonis orationum ſolemnium. Finita oratione, antequam incipiat concluſionem eius, ideſt, *Per eundem &c.* iungat manus, quas ſic iunctas teneat vſq; ad *Amen.* & cum interim dicit hæc duo verba, videlicet, IESVM *Chriſtum*, & non alia, inclinet parum caput: deinde ſedet cum gremiali, & mitra, vt prius exſpectans finem epiſtolæ. Qua cantata ponit manum ſuper librum epiſtolarum ſibi oblatũ per Subdiaconum genuflexum; ut illam Subdiaconus oſculetur; qua oſculata facit ſuper eundem ſignum crucis. Tum eodem Subdiacono ſe inclinante, & librum ante ipſum apertum tenente, legit epiſtolam dicens, videlicet, *Lectio epiſtolæ beati Pauli apoſtoli ad Hebræos, Fratres, Multifariam, &c.* vſq; ad finem: qua finita eodem Subdiacono reſpondente, *Deo gratias*, proſequit̃ graduale, videlicet, *Viderunt omnes, &c.* cum uerſiculis, vt in libro. Quibus lectis iungẽs manus ante pectus, eadem voce dicat, videlicet, *Munda cor meum, &c.* vſq; ad finem: deinde tenens manus eodem modo dicit videlicet, *Dominus ſit in corde meo, &c.* quod dum dicit, ſignet ſe ſigno crucis in pectore; & deinde dicit, videlicet, *Et in labijs meis*, & ſignet ſe in labiis, & proſequatur vſq; ad finem cum ſigno crucis dicens. *In nomine patris, &c.* Deinde dicat, *Dominus uobiſcum*, & reſponſo per Subdiaconum, *Et cum ſpiritu tuo*, dicat, *Initium Sancti Euangelij ſecundum Ioannem*, & illo reſpondente, *Gloria, &c.* ipſe non ſignat pollice textum Euangelii, quod le-

quod cum cantat, extendit aliquantulum manus diſtinctas, quas iterum iungit ante oculos, ſicut fecit cantando hymnum angelicum; & cum dicit totum hunc verſum, *Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus eſt*; genuflectit, ubi eſt, & ibi cum miniſtris genuflexus illum verſiculum dicit ſemp librum ante ſe habẽs, quaſi ex libro legens. *Credo* finito, in ultimis uerbis; facto ante ſe crucis ſigno, ut ſupra, ſedet cum gremiali, & mitra. Dum autem à choro cantatur prædictus verſiculus totus; tunc celebrans non omnino ſurgens; nec omnino genuflectens, ſed uerſa facie ad altare cum mitra, manibus iunctis caput humiliat, donec fuerit uerſus finitus; inde, ut prius, manet. Cantato *Credo*, celebrans ſurgit, & ſtans eodem modo, quo cantauit, *Pax uobis*, cãtat *Dominus uobiſcum*, deinde, ut ſupra conuerſus ad altare ex libro cantat *Oremus*; prout cantauit illud ante collectam; & legit intelligibili uoce offertorium videlicet, *Tui ſunt cæli, &c.* quo lecto, ſedet, & accipit mitram pretioſam; & gremiale: tum annulo pontificali, & aliis, ſi quos habet, ac chirothecis per Diaconum extractis, lauat manus nihil dicens; quibus lotis, & dimiſſis chirothecis: (nam illis in tota miſſa amplius non vtitur) reſumit annulos, vt prius. Inde remoto gremiali ſurgens ſolo Diacono ad ſiniſtram ipſum comitante, aſcendit cum baculo in manu infimum gradum altaris; & ſtans in angulo gradus eiuſdem, Legato cum mitra reuerentiam facit, ut prius: Deinde ſuper eodem gradu procedit

 ad

ad medium eiuſdem ante crucem altaris, ubi depoſito baculo, & mitra; facit reuerentiam cruci: deinde ad altare aſcendens illud in medio oſculatur; & mox patenam cum hoſtia diſcoopertam accipit de manu Diaconi ſigno crucis non facto: & eleuãs eã uſq; ad humeros offert ſolus dicens ex libro. *Suſcipe ſancte pater &c.* uſq; ad *Amen*; & in fine faciẽs ſuper corporali cum patena ſignum crucis; reponit hoſtiam ſuper corporali citra medium; patenam uero reponit in parte ſua dextra. Interim cum Diaconus, & Subdiaconus ponunt uinum, & aquam in calicem; ipſe ſolus dicat ex libro, orationem, uidelicet. *Deus qui humanæ ſubſtantiæ*, & in fine ſtans, ut prius, producit ſignum crucis manu ſuper ampullam aquæ, priuſquam Subdiaconus aquam in calicem infundat; deinde conuerſus ad Diaconum, ambabus manibus, uidelicet, dextra nodũ calicis, & ſiniſtra pedẽ eius, & ipſum calicẽ, in quo eſt uinũ, & aqua ſine ſigno crucis, capiẽs offert ante medium altaris, dicẽs ſimul cum Diacono ex libro (niſi memoriter ſciat) orationem, videlicet, *Offerimus tibi Dñe calicem ſalutaris*, uſque ad finem. Tum cum ipſo calice faciat ſignum crucis ſuper locum corporalis; ubi locare vult calicem, quem ibidem ponit vltra hoſtiam, citra tamen corporalis medium; ne poſtea dum incenſabit calicem cum pede thuribuli percutere contingat. Deinde ipſe iũctis manibus ſuper altare ante crucem, inclinatus ſolus ex libro dicat, videlicet *In ſpiritu humilitatis, &c.* vſq; in finem; tum extendit latas in altum

manus

manus, uſq; ad faciem, & in fine iungit eas ſimul benedicens hoſtiam, & calicem dicens, uidelicet; *Veni ſanctificator omnipotens æterne Deus, et bene✠dic*, quod cum dicit, aperta dextra producit ſemel ſignum crucis ſuper calicé, & hoſtiam ſimul; & ſiniſtram tenet apertam ſuper altare extra corporale, deinde proſequitur, uidelicet, *Hoc ſacrificium tuo ſancto nomini præparatum*, & legit ex libro omnia eodem contextu, uidelicet, *Dirigatur Dñe oratio mea*, & *Accendat in nobis, &c.* Item *Incenſum iſtud, etc.* ac etiã *Lauabo inter, etc.* niſi memoriter ſciat omnia, quia ſciens illa dicet quando incenſabit, & quando lauabit reſpectiue. Igitur tempore opportuno ponit incenſum, vt alias, & incenſat oblata, ſicut ſupra in ſuo particulari capitulo dixi plene; & ſic incenſatis oblatis, puſillũ ſe ab altari retrahens, facit reuerentiam cruci; & poſtea incipiens à cruce incenſat, ut in principio miſſæ incenſauit; niſi ꝙ in prima incenſatione nihil dixit, hic autem cum incipit incenſare, dicit orationes, & uerſiculos ſolitos, & congruos, ita lente; vt & incenſatio, & verſuum recitatio ſimul finiatur, niſi prius illa ex libro recitauerit, ut ſupra. Finita incenſatione, ut prius ſtans in cornu epiſtolæ, dum reddit thuribulum Diacono dicit, uidelicet *Aſcendat in nobis etc.* Deinde accepta mitra incenſatur: Tum lauat dicendo uidelicet, *Lauabo inter etc.* & omnes uerſiculos proſequitur, ac ita lente ſe abſtergat, vt ipſos verſiculos cum abſterſione ſimul finiat. Quo facto depoſita mitra vadit ad medium altaris; ubi manibus ſuper altare iunctis,

inclinatus

inclinatus dicit, videlicet. *Suſcipe ſancta Trinitas, &c.* & in fine oſculatur ipſum altare, ut ſupra: poſtea erectus iunctis manibus, couertit ſe ad populum per latus epiſtolæ, & in medio faciens morulam intelligibili, & ſummiſſa uoce dicit. *Orate pro me fratres*, & nō aliter, ut ſupra; quod dicendo extendat aliquantulum manus ante pectus, & eas iungēs, illico circulū perficiat uerſus ad cornu Euangelii, & ante altare proſequatur, videlicet, *Vt meum, ac ueſtrum, &c.* Quo dicto licet circumſtantes ſoleāt reſpondere ſub ſimili ſummiſſa voce dicentes, videlicet, *Suſcipiat Dn̄s, &c.* vſq; in finem: tamen celebrans illud idem dicit inclinatus iunctis ſuper altare manibus, & pro *Tuis* dicit *Meis*, & in fine non dicitur *Amen*. Poſtea erectus ſtans manibus parumper eleuatis, ac diſiunctis, ſecrete, nec non abſolute .i. ſine *Kyrieeleiſon*, & ſine *Dn̄e exaudi*, & ſine *Dn̄s uobiſcum*, & ſine *Oremus* dicit ex libro orationem ſecretam, videlicet, *Oblata Dn̄e munera, etc.* & in fine *Per eundem Dominum, etc.* vſq; ad *Per omnia*; quæ dicendo iungit manus, ut in cantu aliarum concluſionum. Igitur poſitis ſuper altari hinc inde manibus extra corporale, cantat præfationem dicens; *Per omnia ſæcula ſæculorum*; deinde *Dn̄s uobiſcum*; poſtea *Surſum corda*; quod cum dicit, eleuat manus ab altari modicū: ita ꝙ palma, ſiue vola vnius manus aliam palmam, & non altare reſpiciat; ſicut pro orationibus dictū eſt: Deinde dicit, *Gratias agamus Dn̄o Deo noſtro*; quod cū dicit paulatim eleuat manus; ita ut cum dicit *Deo*, iungat manus ante oculos, & inclinet caput, & mox

diſiungit manus, quas extenſas, & ab altari eleua-
tas, tenet vſq; ad finem præfationis, quæ eſt, *Qui per*
incarnati &c. & in fine iungit manus dicens *Sanctus, San-*
ctus, Sanctus; quod cũ dicit, nullatenus pectus ꝑcutit;
ſed manibus omnino iunctis aliquantulũ humilia-
tus illud proſequitur. Cum autẽ dicit *Benedictus, &c.*
erigit ſe, & dextra à fronte ad pectus ſe ſignat, vt ſu-
pra: manum ſiniſtram ſuper altari extra corpora-
lia tenens. Quo facto inclinatus añ altare, manibus
iunctis, & ſuper altare poſitis deuote ad crucẽ ocu-
los tollendo, ſecretiſſime totũ canonem, ſiue actio-
nem dicat; quia ſic de præcepto eſt, vt hæc omnia
quæ ſecreta vocantur, etiam omnia ſecrete, & non
intelligibiliter à ſacerdote ꝓferantur, quia ſicut ait
Innocentius Tertius. Ne ſacro ſancta verba vileſce-
rent; dum omnes per vſum ſcirent, & ea in plateis,
& in locis non ſacris decantarent, decreuit Eccleſia
vt ſecrete dicantur. Vnde ferunt, ꝙ cum ante hu-
iuſmodi decretum quidam paſtores talia decanta-
rent, diuinitus fuerũt percuſſi. Itaq; oſculata cruci-
fixi imagine in libro depicta proſequitur, videlicet
Te igitur clementiſſime pater per IESVM *Chriſtum filium tuum Do-*
minum noſtrum ſupplices rogamus, ac petimus, & cum dicit *Petimus*
oſculatur altare in medio manuum ſuarum hinc
inde ſuper illo poſitarum; nullam ibi crucẽ faciens:
tum ſe erigat, & manus ante pectus iungat, dicens,
V*t accepta habeas, & benedicas*; cum dicit *Benedicas*, ter bene
dicat calicem ſimul, & hoſtiam dicens ſuper his:
Hæc ✠ dona; hæc ✠ munera; hæc ✠ ſancta ſacrificia illibata; tum ex-
tendens

tendens manum eo modo, quo extendit in præfa-tione, dicat videlicet, *In primis, quæ tibi offerimus, etc.* vſq; ibi *Cum famulo tuo. N. Papa noſtro,* nomen Papæ exprimendo, Deinde addat, *Et me indigno antiſtite ſeruo tuo, & omnibus ortho doxis* vſq; ad finem: quo finito, iunctas manus tenẽs ante labia ſua, quaſi contemplans; oret pro viuis, quot vult, propriis eorum nominibus nuncupatos memorans. Et primo ſummiſſa voce dicens. *Memento Dñe famulorum, famularumq; tuarum,* A. B. C. *etc.* non expri-mendo voce aperta, ſed in ore ſuo ſolum tacite cõ-cipiendo. Quo facto ſub ſimili ſummiſſa voce, re-mouendo manus à labiis; & eas, vt prius tenens pro ſequatur, *Et omnium circumſtantium* vſq; in finem; & ſtans eodem modo continuet *Communicãtes etc.* & cum dicit *Mariæ,* ſimiliter cum dicit IESV *Chriſti,* inclinet caput & proſequatur legendo nomina ſanctorum in ca-none deſcriptorum, prout ſunt, nihil addendo, aut minuendo. Quo dicto extendens ambas palmas ſuper oblatis dicat. *Hanc igitur oblationem* vſq; ad *Amen,* incluſiue. Deinde dicat, *Quam oblationem tu Deus in omni bus quæſumus,* quod cum incipit dicere, iungat manus ante pectus, & cum dicit *Bene✠dictam, Adſcri✠ptam. Ra-tam✠Rationalem, Acceptabileq; facere digneris,* ſignet ter ſuper calicem, & hoſtiam ſimul: Dum autem dicit, *Vt nobis cor✠pus* ſignet ſolum ſuper hoſtiam: cum autem di-cit, *Et ſan✠guis,* ſignet ſolum ſuper calicem: tum ma-nus eleuans, & illas ante pectus iungens dicat; *Fiat dilectiſſimi filij tui Dñi noſtri* IESV *Chriſti,* & cum dicit IESV *Chriſti,* inclinet caput: Deinde digitos aliquantulũ

ſuper corporalibus mundare demonſtrans, ſecrete dicat. *Qui pridie quàm pateretur*, & ſic capiat hoſtiam, primò ambabus manibus dicens; *Accepit panem in ſanctas, & uenerabiles manus ſuas*: & cum dicit; *Et eleuatis oculis in cælum &c.* eleuet parumper, & modeſte oculos in altum; & cum dicit: *Tibi gratias agens* approximet pectori ſuo dextram apertam, ſimul caput inclinans: & cum dicit *Benedixit* ✠ faciat ſignum crucis ſuper hoſtiam; deinde proſequatur, *Fregit deditq; diſcipulis ſuis dicens*, vultu ſuper hoſtiam inclinato, ipſam primoribus ambarum manuum digitis tenens pronuntiet. *Accipite, & comedite ex hoc omnes*, diſtincte conſecratoria verba dicens, videlicet, *Hoc, eſt, enim, corpus, meum*, & ſic hoſtiam cõſecratam tenens, primò ipſe genuflexus adoret, deinde aliis adorandam demonſtret; in qua demõſtratione, ſeu eleuatione muſculos ambarum manuum, manuſq; ipſas ab omni parte, ac etiam trium digitorum ſuperextantiũ ſummitatem ita ſimul cõiunget; vt & ipſa manuum forma ſic decentior appareat; vtq; manuum tremor ſi quis, vel ex timiditate, vel ex natura inſit; per ipſarũ coniuncturam parumper euitetur, vel minuatur. Ergo hoſtiam demõſtrans, ita eam ſupra caput eleuet, vt videri commodè poſſit ab omnibus, interim nihil omnino ipſe dicens; & mox illam vnde cœperat collocet; & genuflexus reuerentiam faciat, nunq̃ diſiungens digitos; quibus eam tetigit. Deinde, & non prius, palla à ſuperficie calicis per Diaconum remota; ipſe nequaquam digitos in calicem excutiat; ſed illis iun-

ctis,capiat calicem ambabus manibus,dicens, *Simili modo,&c.* & proſequatur vſq; ad *Item tibi gratias agens*; & tunc dextra tangat pectus ſimul oculos eleuans; & cum dicit, *Bene✠dixit*, faciat ſuper eum ſignum cru- cis aperta manu,non diſiungens digitos, ac proſe- quatur,videlicet *Deditq; diſcipulis ſuis, dicens*; tum appro- ximans os ſuum calici,ſtanſq;, prout ſtetit in conſe cratione hoſtiæ,conſecret vinum in ſanguinem di- cens, *Accipite,& bibite ex eo omnes,Hic eſt.n.calix, etc.* vſq; in fi nem;omnia verba explicite, & diſtincte exprimen- do,tum reponat calicem in loco ſuo dicens. *Hæc quo- tieſcunq; feceritis,&c.* & ſic ipſe prius ſanguinem adoret genuflexus,calice ſuper altari dimiſſo. Deinde ca piat calicis nodum dextra,& pedem ſiniſtra manu, & ſic eum ſimiliter adorandum oſtẽdat,reponatq; in loco ſuo, & ei reuerentiam faciat; & tunc ſi vult poteſt digitos excutere ſuper ſanguinem; nec unq̃ interim diſiungat illos vſq; ad communionem per fectam;& ſic extenſis manibus, ſicut in præfatione dicat. *Vnde,et memores,&c.* vſq; ad *Hoſtiam✠purã,Hoſtiam✠ ſanctam,Hoſtiam✠immaculatam*;quod cum dicit faciat tres cruces ſuper calice, & ſuper hoſtia ſimul; Deinde vnam aliam crucem ſuper hoſtiam ſolum dicens; *Panem✠ſanctum uitæ æternæ*, & aliam ſuper calicem ſolũ dicens, *Et calicem ✠ ſalutis perpetuæ*: Deinde tenens ma- nus in modum præfationis, proſequatur ſecrete, *Supra quæ propitio*, vſq; in finem: tum inclinatus, & ma- nus iunctas ſuper altare tenens; dicat *Supplices te roga- mus*,vſq; ibi *Altaris participatione*;quod priuſquàm dicat, dilatis

dilatis ſuper altare manibus ipſum oſculetur; tum illis iunctis dicat; *Sacroſanctum filij tui,* & ſuper hoſtia ſignat dicens, *Cor ✠ pus*; & mox ſignet ſuper calicem dicens; *Et ſanguinem ✠ ſumpſerimus.* Deinde dicendo *Omni ✠ benedictione,* ſe ſignet à fronte ad pectus, & proſequatur, *Et cœleſti gratia repleamur per eundem Chriſtum Dñm noſtrum amen.* Hic oret pro defunctis, ſicut pro viuis orauit intelligibili, & ſummiſſa voce dicens. *Memento etiam Dñe famulorum, famularumq; &c.* manus tenendo, & faciendo; vt prius: niſi quod hic oculos intentos teneat verſus hoſtiam, & in hoc loco celebrans quorum vult debet habere memoriam ſpecialiter; quibus planè memoratis ſub eadem tacita voce, dilatans manus, vt in præfatione, dicat, *Qui nos præceſſerunt,* & proſequatur vſq; ad finem: deinde percutiens ſibi pectus ſub ſimili voce dicat. *Nobis quoq; peccatoribus;* quod totũ proſequatur vſq; ad *Per Chriſtum Dñm noſtrum,* & non dicitur *Amen.* & mox iungens manus dicat *Per quem &c.* & cum dicit *Sancti ✠ ficas, Viui ✠ ficas, Benedicis ✠* ſignet ter ſuper calicem, & hoſtiam ſimul; & cum dicit, *Et præſtas nobis;* diſcooperto per Diaconum calice; ipſe celebrans ſimul cum eo genuflectat: tum capiens hoſtiam dextra, & ſiniſtra ſubſtinens calicem; faciat tres cruces cum hoſtia ſuper calicem; ita quod prima crux ſit altior, ſecunda depreſſior, tertia intra labia calicis, & ſic dicat *Per ip ✠ ſum, & cum ip ✠ ſo, & in ip ✠ ſo.* Deinde duas cruces inter calicem, & ſe faciat, ita quòd prima crux ſit producta à labio calicis, ad pectus celebrantis quaſi proſtrata; & alia ſecunda ſit

(quaſi ſtãs) recta ab eodem labio ad pedem ipſius calicis producta, dicens. *Eſt tibi Deo patri ✠ omnipotenti, in unitate ſpiritus ✠ ſancti omnis honor, & gloria.* Et prius modicũ eleuato calice; deinde repoſito in loco ſuo; ſimiliter reponat hoſtiã, vt prius erat, & genuflectat: Deinde ponat manus hinc inde ſuper altari extra corporalia: & prius expurgata voce, ſi opus eſt cantet, *Per omnia ſæcula ſæculorum*, reſponſo *Amen.* *Oremus præceptis ſalutaribus moniti, & diuina inſtitutione formati audemus dicere*, quod cum dixerit; eleuet manus de altari; & primo iungat eas ſimul, inclinando caput; poſtea eas dilatet; ſicut in præfatione, & dicat *Pater noſter, etc.* totum vſq; ad finem, & reſponſo per cantores; *Sed libera nos à malo*; celebrans tacite dicat *Amen*: ſimiliter proſequatur tacite; *Libera nos quæſumus*; quod cum dicit patenam de manu Diaconi rectam ſuper altare accipiat, inter indicem, & digitum medium dextræ manus; & ſiniſtram tenens ſuper altari proſequatur vſq; ibi, *Et omnibus ſanctis.* Quo dicto faciat ſibi cum patena ſignum crucis ante faciem ſuam; ac ipſam patenam oſculetur dicens ſecrete, *Da propitius pacem*, vſq; ad finem, & ſubmittat patenam hoſtiæ, ac diſcooperto per Diaconum calice; ipſe genuflectat: tum capiat hoſtiam & ſuper calicem eam diuidat per medium ad longum dicens. *Per eundem Dñm noſtrum* IESVM *Chriſtum filium tuum*, & partem dextræ manus ponat ſuper patena; & ex parte hoſtiæ, quæ eſt in ſiniſtra manu, rumpat aliam particulam à ſummo eius dicens ſecrete; *Qui tecum viuit, et regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus*, & maiori

 parte;

parte; quæ in ſiniſtra manu eſt, repoſita ſuper pate-
na, particulam ipſam ſuper calicem manu dextra;
& ſiniſtra calicis pedem tenendo cantet. *Per omnia ſæ-
cula ſæculorum*, reſponſo *Amen*, ſignet ter cum illa parti-
cula ſuper calicem à labio ad labium calicis dicens.
Pax ✠ Dñi ſit ſemper ✠ uobiſcum, ✠ & reſpõſo, *Et cum ſpiritu tuo*;
dimittat ipſam particulam in ſanguinem dicens.
Fiat commixtio, etc. vſq; ad *Amen*. Interim excutiens digi-
tos ſuper ſanguinem, calice vero per Diaconum co-
operto; ipſe genuflectat; tum inclinatus, ac mani-
bus ſuper altare iunctis, ſub murmure intelligibili-
ter dicat *Agnus Dei, etc.* & pro vnaquaq; vice percutiat
ſibi pectus dextra dicens, *Miſerere nobis*, & tertio dicẽs
Dona nobis pacem, percuſſo pectore iungat manus; &
inclinatus, vt erat dicat tacite orationem, *Dñe IESV
Chriſte, qui dixiſti*, totam, vſq; ad *Amen* incluſiue. Deinde
oſculetur altare, & vertens ſe ad dextram ſuam iun-
ctis manibus ſtans rectus det oſculũ pacis ſuo Aſſi-
ſtenti parato dicens, *Pax tecum*. Quo facto celebrans
vt prius erat proſequatur alias duas orationes, vide-
licet; *Dñe IESV Chriſte*, & aliam, videlicet, *Perceptio corpo-
ris*, vſq; ad *Amen* incluſiue. Deinde facta genuflexio-
ne, ſtans humiliatus dicat tacite, *Panem cæleſtem accipiam,
et nomen Dñi inuocabo*, quod cum dicit, capiat patenam
cum hoſtia diuiſa; quam hoſtiam ſic diuiſam tenẽs
rectam duobus digitis ſiniſtræ manus, ita vt ab aliis
videri poſſit, percutiat ſibi ter pectus dextra, toties
dicens altiuſcule. *Dñe non ſum dignus*, & reliquum ſecre-
te proſequitur, vſq; ad finem tertio idem ſimili mo-

do repetens. Deinde dimiſſa patena ſuper altare, capiat ambabus manibus hoſtiam ſic diuiſam, & cum ea ſe ſtantem ſuper patena ſignet ſigno crucis altiuſcule dicens, *Corpus Dñi noſtri* IESV *Chriſti cuſtodiat animam meam in uitam æternam amen.* Tum deuote inclinatus ambas partes hoſtiæ accipiat in ore, & erigens ſe; ſtet modicum quaſi contemplãdo; donec ipſam hoſtiam deſumpſerit. Tum diſcooperto per Diaconum calice, ipſe primo genuflectat; poſtea verſet patenam ſuper calicem, & digitos ſuper eo excutiens dicat; *Quid retribuam Dño pro omnibus, quæ retribuit mihi, &c.* & calicem ipſum capiens, vt ſupra dicat. *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Dñi inuocabo; laudans inuocabo Dñm, et ab inimicis meis ſaluus ero*: quo dicto ſignet ſe ſigno crucis cũ calice añ pectus vt ſupra, & dicat. *Sanguis Dñi noſtri* IESV *Chriſti cuſtodiat, &c.* vſq; ad *Amen*, incluſiue. & ſic modeſte capiat ſanguinem cum particula hoſtiæ, curans diligenter, repetito hauſtu, vt totum ſanguinem cum particula bibat: deinde ibi in medio altaris manens, capiat, & teneat calicem ita, vt digitos primos vtriuſq; manus ſuper ore calicis habeat per fundendos cũ uino ſolo, & conuerſus, non ſe de loco mouẽdo cũ calice (ut dixi) ad Diaconũ, accipiat vinũ perfuſionis dicens: *Quod ore ſumpſimus, etc.* vſq; ad *Amen* incluſiue: tum eleuata prius facie ad crucẽ altaris dicat: *Corpus tuum Dñe, quod ſumpſi*, totum, vſq; ad *Amen* incluſiue; & nõ aliud, & in verbo *Meis* bibat, & mox, pſequẽdo manus, & os cũ purificatorio detergat. Et dimiſſo iterim calice in medio altaris, vadat ad cor

nu

nu epiſtolę, vbi mitra accepta lauet manus, vt prius nihil dicens; quibus terſis, ac mitra depoſita, ſtans manibus iunctis in cornu epiſtolæ ex libro ibi poſito legat antiphonam, quæ eſt poſt communioné, videlicet, *Viderunt omnes fines terræ, &c.* qua uſq; ad finé lecta expectet ibi, quoad à cantoribus cantata fuerit eadem antiphona: Tum ipſe manibus iũctis, vadat ad mediũ altaris: quo, diſiunctis, (vt ſupra) manibus, oſculato, uertat ſe, ut ſupra ad populum, & cantet, ut prius *Dominus uobiſcum*; & dum reſpondetur, *Et cum ſpiritu tuo*; uertat ſe ad crucem; cui facta capitis inclinatione; vadat manibus iunctis ad librum, ubi iterum ſemiuerſus ad crucem, aperiens manus, ac mox illas claudens, ut ſupra cantet, *Oremus*: deinde ex libro cantans orationem, manus, ut in prima oratione tenendo, dicat; *Præſta quæſumus omnipotens Deus, ut natus, &c.* & ibi ſtans ante librum finiat totam orationem, uſq; ad *Per omnia ſæcula ſæculorum*; & cum per cantores, reſpondetur *Amen*, ipſe modo, quo ſupra, uadit ad medium altaris; quo oſculato, uertat ſe, ut prius, & repetat eodem modo, *Dominus uobiſcum*, quo dicto, ſic maneat verſus ad populum, donec cantores reſponderint: *Et cum ſpiritu tuo*, & etiam quoad Diaconus ad populum conuerſus cantauerit. *Ite miſſa eſt*: quo dicto, & Diacono ſe vertente ad altare, ſimul cum eo ſe uertat celebrans per eandem manum .i. epiſtolæ ad altare; ubi dicat tacite, *Deo gratias*: Tum ex libro (ſi memoriter neſcit) inclinatus iũctis manibus, & ſuper altare poſitis legat, *Placeat tibi ſancta Trinitas*, vſq;

ad *Amen.* quo dicto oſculetur altare, quod eſt ſignũ finitæ miſſæ: Nam miſſa omnis inchoatur, & finitur cum oſculo altaris: deinde accepta mitra, & baculo paſtorali dat benedictionem ſolemnem, vt ſupra dictum eſt in ſuo capitulo; & in fine depoſito baculo, ſtans cum mitra verſus ad altare, expectat nihil dicens, donec fuerit publicata Indulgentia: qua publicata, ſic cum mitra ſtans verſa facie ad cornu Euangelii dicat: *Dñs uobiſcum*, & eodem contextu faciens ſignum crucis dextræ manus pollice ſuper altari, dicit, *Sequentia Sancti Euangelii ſecundum Lucam. In illo tempore, Exiit edictum à Cæſare Auguſto*, & ſic legit, ibi ſtans, Euangelium primæ miſſæ huius diei, & non illud quod legitur in die Epiphaniæ. Quo lecto uadit ad ſuum faldiſtorium non facta reuerentia Legato, & ibi exuitur ſuis omnibus paramentis. Interim dicens antiphonam videlicet, *Trium puerorum*, & pſalmũ *Benedicite*, vel ſolum hymnum, *Te Deum laudamus*, vel vt placet: & in fine cappa indutus cõgreſſus cum Legato facit ſalutationes, & gratias mutuas, & ipſum ad portam Eccleſiæ, vt ſupra, aſſociat.

DE VESPERIS PER CARDINALEM, AVT *in die tantum, aut in uigilia tantum celebrandis, et de præparãdis pro illis, ac de paramentis miniſtrorum.* Cap V.

SACRA Cappella palatii apoſtolici ſeruat, vt pro vnoquoq; feſto ſolemni, ſiue vigiliam habeat, ſiue non, vnicas celebret

brat veſperas ſolemnes,ſiue Papa præſente,ſiue a b/ſente;ac tam in feſto ſolemni,& ſolemniſſimo, quā ſimplici, & ſimpliciſſimo; dummodo illud feſtum habeat ſolemnem celebrationem veſperarum præcedentium,vt eſt in his vigilijs videlicet, omnium ſanctorum,Natiuitatis Chriſti,Circumciſionis,Epiphaniæ,Aſcenſionis,Penthecoſtes,Trinitatis, Corporis Chriſti, Apoſtolorum, Petri, & Pauli, Aſſumptionis Viginis Mariæ, & ſolemnitatis principalis eorum ſanctorum, quorum nomine Eccleſia intitulatur; & non in aliarum vigiliarum ſolemnitatibus præcedentes veſperæ pontificales celebrantur regulariter. Verumtamen alibi aliter,atq; aliter ſeruatur ex conſuetudine.i.q̃ in vigilia,& etiam in die feſti agantur propter populi frequentiam. Itaq; pro ueſperis ſolemnibus omnia parabuntur quo ad omnem ornatum tribunę,& earum celebrationem,& numerum miniſtrorum, ac paramenta, & ornatum,ac veſtimentum eorum:ſicut pro miſſa dictum fuit,præter abacū, qui nunquam pro veſperis paratur: & præter paramenta celebraturi; quæ non eadem erunt,& quæ ſine lectione pſalmorum & orationum induuntur. In veſperis autem paramenta ſola pro Cardinali celebraturo ſuper medio altaris locentur ordine prepoſtero,vt ſupra, videlicet,Annulus,mitra pretioſa,pluuiale,ſtola,crux pectoralis,cingulum,alba,ſiue camiſus,& amictus, & non alia. Nam his dumtaxat vtitur quiſq; Epiſcopus etiam Cardinalis celebraturus ueſperas:plane

mnitas, & tempus poſtulant; vt de hoc ſupra dixi.
Hi duo factis ante altare, vt ſupra dictum eſt oratio
nibus aſcendunt, ſcilicet Legatus ad ſedem ſuam,
& Cardinalis Epiſcopus ad faldiſtorium. Vbi poſtq̃
omnes miniſtros, & cappellanos, ac omnia in ordi-
ne ſtatuta viderit; primo deponat cappam, & abſq;
lotione manuum, & abſq; lectione pſalmorum, &
abſq; ſacris calciamentis, induetur per Diaconum,
& Subdiaconum paramenta, quæ cappellani per
ordinem ex altari capientes portabunt, primo ami
ctum, deinde albam, ſiue camiſum, mox cingulum,
tum crucem pectoralē, inde ſtolam, poſtea pluuia-
le; deinde ſedenti mitram pretioſam, & vltimo an-
nulum pontificalem, & nulla alia paramenta peni-
tus miniſtrabunt. Ex prædictis paramentis oſcu-
latur amictum, crucem pectoralem, & ſtolam. Hæc
autem dum fiunt Organiſta nunq̃ à ſonitu ceſſat,
donec Cardinalis ſurgit inceptutus officium. Si ve-
ro Cardinalis Epiſcopus in ſacriſtia parari voluerit;
quod quidem poterit, quāuis minus congrue; tunc
omnia fient, quæ pro miſſa fienda diximus. In hoc
tamen vno aduertatur, videlicet, ſuper fimbriis plu
uialis anterioribus, & poſterioribus ſuſtinendis:
Cum regulariter anteriores pluuialis fimbriæ ſem-
per per miniſtros paratos ſuſtineantur; poſterio-
res vero, quas caudam appellamus, ſi ea nimis oblō
ga erit, (aliter nequaquam) per aliquem ex nobi
libus ciuitatis omnino laicum, dummodo non ex
Antianis, ſed aut primū Vexilliferum plebis, aut

equitem patricium Conſiliarium de regimine ſta-
tus, eleuabitur ferenda Cardinali ad rem diuinam ſolemnem, & feſtiuam, nõ pro defunctis agendam procedente: quod non ita fit de cauda cappæ quotidianæ, quę non niſi per cappellanum longo, & decenti habitu indutum defertur: Et hæc prærogatiua caudæ pluuialis, ſolum Cardinali Epiſcopo in ſua Eccleſia, aut Legato celebranti debetur, & non alijs prælatis minoribus à Cardinalatu.

DE PRONVNTIATIONE DVORVM VERborum, *ſcilicet, Pater noſter, quod eſt principium Dñicæ orationis; quando, & qualiter; alte ne, an tacite fieri debeat.* Cap. VII.

INTER multos ſepe dubitatũ eſt, quomodo in principio matutinarum, veſperarũ, & aliarũ horarum, ac inter eadem officia tam feſtiua, quàm ferialia, uel pro defunctis, quæ publice cantantur, pronuntiari debet verſus iſte, videlicet, *Pater noſter,* quod eſt principiũ orationis Dominicæ; alte ne, an tacite; & quia uidi diuerſos, diuerſa ſentientes, ideo breuiter concludens dico, regulare eſſe, ut nunquàm alte pronuntiemus hæc duo verba videlicet, *Pater noſter,* niſi dumtaxat quãdo in fine eiuſdem orationis debebimus alte pronuntiare verba illa videlicet, *Et ne nos inducas in tentationem,* quo dicendi modo vtimur in officio pro defunctis & ante abſolutiones in matutinis, & in precibus ferialibus Primæ, ac Completorij; tunc .n. alte .i. ea

 voce,

uoce qua ſumus pronuntiaturi uerſum, *Et ne nos*, ea dem pronuntiamus *Pater noſter*, qui tunc tamq̃ verſiculi, ſunt alte pronuntiandi. Dum vero non eſt alte pronuntiandus verſus, *Et ne nos*, tunc, & eo ſolo caſu, principium, & reliquus totus progreſſus orationis prædictę *Pater noſter*, tacite, & ſecrete pronuntiari debet, vt in principio matutinarum, & veſperarũ, aliarumq; horarum, dum ipſam Dominicam orationem integram cæleſtis fauoris promerendi gratia præfamur.

DE CAPITVLIS VESPERARVM, ET
Tertiarum, per quem, ac ubi cantandis. Cap. VIII.

SVBDIACONVS ſeruiens Cardinali in miſſa, ad quem ſpectat cantare epiſtolam, debet etiam capitulum cantare in tertiarum, & ueſperarum horis, indutus ſua tunicella, vt ſupra dictum eſt, aſſociatus à ſolo Cerimoniario tunc librum portante, & reportante; & factis reuerentiis, primo Celebranti, tum Legato ſi adeſt; inde altari; vadit illuc, vbi epiſtolæ cantandæ locus eſt deſignatus: & ibidem ipſe à Cerimoniario accipiens librũ, tenenſq; cantat capitulũ ipſum: quo finito reddit librum clauſum Cerimoniario, & ſimiliter cum eiſdem reuerentiis reuertitur, prout iuerat; ſicut ꝓ epiſtola fit; niſi ꝙ ipſe Subdiaconus cantaturus epiſtolam, portat, & reportat librum, & niſi finito capitulo, non oſculatur manum celebrã-

tis,

tis,neq; ipſe tunc librũ clauſum portat, neq; reportat. Et memineris q celebrante Epiſcopo nunquã pulpitum,ſiue legile pro epiſtola,nec pro capitulo cantando haberi, nec parari debet aliquo panno, vel ornatu:niſi quando cantaretur Euangelium, vt latius ſupra dixi,in capitulo particulari.

DE INITIO VESPERARVM SOLEMNIVM *per Cardinalem celebrandarum. Cap. IX.*

CARDINALIS celebraturus omnibus ſacris paramentis prædictis veſtitus,cum ſederit,mittit Cerimoniarium ad Legatum pro licẽtia inchoandi:qua habita, fit ſignum Organiſtę,ut à ſono ceſſet, & ſic celebrans ſurgit, ſtatq; ibi,abſq; eo q ad altare vadat,ut illud incenſet: Nã regulariter in principio veſperarum altare non ſolet incenſari:licet Bononiæ contrarius vſus habeatur: Qui tamen ſi in hoc videbitur ſeruandus, non multum refert; cum etiam pro miſſa inchoanda altare incenſetur:quod ſi placuerit incenſari; tunc Cardinalis ad altare medius inter miniſtros ſuſtinẽtes Auriphrygium,ſiue fimbrias anteriores pluuialis,ibit ſicut ſupra in principio miſſæ dictũ fuit, reſpectiue; niſi q aſcendet primum gradum in angulo epiſtolari,ut ſupra dixi, quando poſt lectum offertorium iuit ad altare; ac etiam incenſatio fiet, vt ſupra in principio miſſę facta fuit: ſed regularius eſſet incenſationem huiuſmodi non fieri in initio veſpera-

veſperarũ. Itaq; Cardinalis ſtans capite nudo apud faldiſtorium ſuum, verſa facie ad altare, tacite incipit, & proſequitur totum *Pater noſter*: tum producẽs ſibi ſignum crucis à fronte ad pectus cantat. *Deus in adiutorium etc.* & ſic manet immobilis vſq; quò inchoetur primus pſalmus. Interim cappellanus, ad quẽ ſpectat intimare antiphonas aſſociatus ab alio coæquali, & Cerimoniario præcedente, accedit ad celebrantem, cui, cantu per chorum vſq; ad *Amen* finito, & non prius, factaq; eidem prius reuerentia, intimat antiphonam primam; qua intimata non facit reuerentiã, neq; inde ſe mouet; ſed expectat, quoad per Cardinalem ex libro, vel ſine libro, vt placet, antiphona reſumpta fuerit; tum facit reuerentiam, & inde vadit vt ſupra in capitulo ſuo plene dixi. Celebrans vero ſic ſtat, donec finita per chorum antiphona fuerit: & tũc inchoato pſalmo ſedet cum mitra alba leui: ſimiliter Legatus, & omnes eodem modo, vt in miſſa ſedent. Scias autem ꝙ neq; Cardinalis, neq; Epiſcopus; neq; alius celebrans vnquam, ſiue Prælatus, ſiue non Prælatus ſit; deponere debet pluuiale pro veſperis celebrandis, ſi illud primo indutus ſemel fuit; niſi veſperis in totum finitis, ſicut nec celebrans miſſam deponit planetam, niſi miſſa finita: non obſtante contrario vſu ecclesiæ noſtræ Bonoñ: Immo nec canonici, nec mãſionarii, nec alii qui, qui ſemel ab initio rei diuinę paramenta ſemel ſumpſerint, vnq̃ debẽt illa deponere, niſi re finita;

DE ANTIPHONIS PSALMODIAQVE, *ac hymno cantandis, & per quos.* Cap. X.

ANTIPHONAE quattuor, reſiduæ intimã-tur canonicis, & cantantur per ipſos hoc ordine, videlicet. Secunda per Diaconum à dextris Cardinalis. Tertia per Presbyterum aſſiſtẽtem. Quarta per primũ canonicum in choro manentem, etiam ſi ſit Archidiaconus, vel Archipresbyter; Quinta per Subdiaconum à ſiniſtris Cardinalis, & ſi aliter fiet illegitime fiet, ſicut ſupra in particulari capitulo, videlicet de officio cappellani intimantis &c. dixi. Et cantatur pſalmodia cum omni modulatione eccleſiaſtica, & deuota, tam per cantores, q̃ per Organiſtam: & celebrans ad omnes cõcluſiones, quæ in fine ſingulorum pſalmorum cantantur. i. *Gloria patri,* inclinato capite cum mitra verſus altare ſedens perſiſtat reuerẽter, & ſimiliter Legatus, ac alii omnes ſedentes, qui detecto capite, & magis inclinato idem faciant. Cappellani autẽ, qui aſtant Cardinali, non ſurgunt, ſed ſedentes, detegunt caput inclinatum. Dum pſalmodia recitatur, omnes ad vnum officio præſentes ſedent: excepto ſolo Cerimoniario, qui ſtans omnibus prouidet. Capitulũ vt dixi ſupra, cantatur in loco epiſtolæ per Subdiaconum epiſtolæ paratũ aſſociatum à ſolo Cerimoniario; quod dum inchoatur, ſurgit celebrans cum mitra verſus, non quidem ad altare; ſed ad Subdiaconum cantantem. Capitulo finito, & reſponſo,

Deo

Deo gratias, celebrans non prius cum mitra voluitur ad altare: q̃ intimato ei hymno; tunc ſine mitra uerſus ad altare ipſum hymnũ intonat: deinde ſic ſtat vſq; ad finem hymni, & ſi hymnus erit, *Aue maris ſtella*, ſiue, *Veni creator ſpiritus*, tunc poſtq̃ in eodem loco celebrans intonauit; ibidem genufle ctit ſine mitra, ante, & ſuper ſuum faldiſtorium, verſa facie ad altare, ſic permanens vſq; ad finem primi verſus; genuflectentibus omnibus: quo primo verſu finito, ſurgit ſurgentibus omnibus, & ſic ſine mitra ſtat verſa facie ad altare, vſq; quò finitus ſit hymnus cum verſiculo, & reſponſorio eius; tunc antiphonam ſibi ſic ſine mitra ſtanti intimatam, ante canticum, *Magnificat*, reſumit; qua reſumpta mox ſedet cũ mitra preſtioſa: & dum cantatur antiphona à choro ante *Magnificat*, ipſe ponit incenſum dicens, vt ſupra, nõ vtiq; Diacono, ſed Aſſiſtente presbytero nauiculam, & Cerimoniario thuribulum miniſtrantibus.

DE CANTICO MAGNIFICAT; ET INCENſatione altaris, celebrantiſq;, & omnium, ac per quos, & qualiter. Cap. XI.

INCEPTO cantico .i. *Magnificat*, ſurgit celebrans, & omnes alij cum eo, & facto ſibi ſigno crucis à fronte ad pectus, vadit, nihil tunc dicens, ſed omnino tacẽs, ac baculũ manu gerens, & mitram in capite, ad altare eiſdem modo, & reuerẽtia ante Legatum, quibus ſupra in principio

veſperarũ iuit,ſi alioquin iuit,& medius inter duos miniſtros eius pluuiale,vt ſupra tenentes ante me-diũ altaris ſuper vltimo gradu,baculo, & mitra de-poſitis cum reuerentia, aſcendit,oſculatur, & ince-ſat altare more ſolito;quo incenſato,celebrans non incenſatur apud altare, vt ſemper in miſſa; ſed mi-tra,& baculo ante medium altaris reſumptis, redit ad faldiſtorium;vbi nõ per Diaconum,ut in miſſa; ſed per Aſſiſtentem incenſatur, ſtans verſus ad po-pulum cum mitra;qua deinde depoſita, retento ba culo, voluitur totus verſa perſona ad altare,ſic ſtãs vſq; ad verſiculum,videlicet,*Sicut erat in principio*, incluſiue;quia tunc depoſito baculo ſedens accipit mi-tram. Et ſcias, ꝙ in veſperis Diaconus nullum incẽ-ſat;ſed celebrantem, & Legatum dumtaxat incen-ſat presbyter aſſiſtens. Subdiaconus vero paratus incenſat omnes illos,& eodem modo, quos Diaco-nus incenſauit in miſſa, & non plures. Reliquos enim cappellanus ille, qui intimauit antiphonas incenſat,vt ſupra. Sed in hoc aduertat incenſator, vt ab incenſatione tunc deſiſtat, quãdo Cardinalis incipit velle cantare,*Dñs uobiſcum*,ante orationem.

DE ORATIONE VESPERALI, ET LVMI-*naribus pro illa cantanda adhibendis, & qualiter. Cap. XII.*

ANTIPHONA poſt *Magnificat* quaſi ad me-diũ cãtatã,Cerimoniarius de ãgulis duo bus altaris accepta duo candelabra duo bus

bus cappellanis, & librũ pro orõne cãtanda tertio cappellano conſignet;qui tres,ſicut ſupra ꝓ orõne in tertia cãtãda dixi; ſe ipſos firmant,ita vt celebrãs orationem cantaturus ſit facie ad ipſam altaris crucem verſa. Itaq; finita penitus antiphona,ac tacente choro,vel Organo,& non prius,celebrans depoſita mitra ſurgit, & verſus primo ad populum cantat *Dominus uobiſcum:* deinde verſus ad altare, *Oremus*, & orationem; quę dum cantatur,omnes omnino tam de clero,q̃ de populo ſtant nudo capite, & collo recto,non autẽ incuruo,ſicut regulares facere ſolent.

DE BENEDICTIONE SOLEMNI DANDA *in fine veſperarum abſq; indulgentia.Cap.XIII.*

DVM cantatur,*Benedicamus Domino* Cardinalis celebrans ſedet, ac mitram recipit, & dũ per organum late reſpondetur,*Deo gratias,* mittit ad Legatum, ſi illi placet dare benedictionem,quam tamen Legatus dandam remittit ad celebrantem; qui per nutum,aliquali gratiarum actione præmiſſa, vadit, vt ſupra more ſolito cum baculo in manu ad altare; ſemper mitram habens in capite,& facta cruci reuerentia,benedictionem dat, vt ſupra:qua data, & nullis indulgentiis publicatis,nam nunquam poſt ueſperas publicantur;reuertitur ad faldiſtorium, vbi exuitur per eoſdem miniſtros paramentis, cum oſculo, prout de ſingulis fecerat, dum veſtiretur. Interim canonici

depoſitis pluuialibus in locis ipſorum, venientes ad Cardinalem celebrantem, circumſtãt vſquequò exutus fuerit. Organiſta vero donec Legatus, uel Cardinalis ab Eccleſia receſſerint, continue feſtiuiter ſonare perſeuerat.

DE MISSA, ET VESPERIS PER PRAELAtum pontificaliter celebrandis coram Cardinali, & de diſciplina, ac delationibus celebrantis Prælati aduerſus Cardinalem. Cap. XIIII.

SI miſſa, aut ueſperæ in præſentia Cardinalis Bonoñ. in Eccleſia, & ciuitate Bonoñ: per Prelatum; aut, ut fieri ſolet, per Suffraganeum pontificaliter celebrantur; tunc ante omnia habeatur expreſſa licentia, ſiue mãdatum Cardinalis pro illa celebratione, ideſt ipſe Prælatus, quiſquis eſt primo vadit ad ipſum D. Cardinalem, & petat, & habeat licentiam pontificaliter celebrandi apud Eccleſiã, & ſponſam eius, & non aliter. Ipſa vero Eccleſia, altare, tribuna, & abacus parabuntur quidem honeſte; ſed remiſſius in omnibus, ac multo parcius, iuxta diſcretionem miniſtri cerimoniarum. Præcipue tamen obſeruet ipſe celebrans, quãtumcunq; in actione celebrationis paramentis põtificalibus indutus, ac etiam mitra decoratus exiſtat; vt omnes honoris præeminẽtias à prima ad vltimam Cardinali Epiſcopo preſenti exhibeat, ut non paretur in cõſpectu Cardinalis,

nec

nec etiam apud altare, ſed omnino in ſacriſtia, tam pro miſſa, quàm pro ueſperis. Item ſolum quinq; cappellanos, & duos ſcutiferos habeat miniſtros in tota miſſa, præter Diaconum, & Subdiaconum. Et licet nulli canonici ei miniſtrare debeant, præſente Cardinali, tamen ſeruari in hoc poterit conſuetudo Eccleſiæ: dummodo iuniores canonici miniſtrent ei; & dummodo Aſſiſtens non ſit canonicus, qui in omnibus cedet canonicis forte miniſtrantibus. Antequã Cardinalis ad Eccleſiam perueniat, ipſe Prælatus iam paratus ſit apud ſuum faldiſtorium firmus, Cardinalem expectans, non autem expectatus: aduenienti Cardinali aſſurgat nudo capite, & profunde ſe illi inclinans. Item caſu, quo Cardinalis nolit cum celebrante confeſſionem facere; ipſe Prælatus non inchoet rem diuinam; niſi prius expreſſa licẽtia petita, & habita ſit. Item eundo ad altare faciat, depoſita mitra, reuerẽtiam Cardinali. Item pro confeſſione fienda cum Cardinali ſi illam facere uelit, non ipſe celebrans incipiat, ſed incipiẽti Cardinali cũ ſigno crucis, ipſe ſolus ſine ullis miniſtris ſtans ad Cardinalis ſiniſtram, ſine ſigno crucis reſpondeat; & cum dicit, *Tibi patri*, aut, *Te pater*, caput reuerenter inclinet; & cum per Subdiaconũ illi manipulus ponitur; ſine oſculo manipuli, ac manus ponitur. Item expectet retro cedens ad partẽ, donec prius Cardinalis tranſiuerit ad ſedem ſuam. Item nunquam ponit incenſum, nec porrigit manum oſculandam Subdiacono poſt epiſtolam: nec bene-

benedicit Diacono dicturo Euangelium; nec illo dicto oſculatur textum Euāgelii; nec incenſatur poſt Euangelium; & quotiens ipſe incenſatur præſente Cardinali, ſolum dupplici ductu thuribuli incenſatur; nec recipit vllas genuflexiones ad terram in tota miſſa, præſertim lauando manus; nec benedicit aquam in calicem ponendam; neq; concedit Indulgentias; neq; dat benedictionem ſolemnem cū mitra. ¶ Item non habet credentiam, ſiue prægustationem aquę, quando lauat; nec habet duas hoſtias pro credentia; neq; demum aliquas præeminentias ſibi vſurpat; ſed omnes quotquot euehiunt honores, remittit ad Reuerendiſſimum Dominum Cardinalem Epiſcopum; Item ſi canonici ei miniſtrant præſente Cardinale, & faciunt ei aliquas profundas inclinationes, ipſe illos capite modicū inclinato reſalutat; niſi quādo mitram habet; & hæc omnia fiunt ob reuerentiam Cardinalis qui eſt honorabile ſedis apoſtolicæ membrum; ſecus autem fiet, ſi Epiſcopus Bonon: non eſſet Cardinalis, nam tunc alius Epiſcopus, vel etiam Suffraganeus celebrans pręſente epiſcopo Bonon: non Cardinali, habebit omnes prærogatiuas honoris de licentia, & conſenſu tamen ordinarii id expreſſe concedentis ab initio ſemel, & ſimul omnia.

DE CERIMONIIS IN MISSA SOLEMNI, *per aliquem non Prælatum coram Cardinali cantanda; & primo de altaris præparatione.* Cap. XV.

SI Reuerendiſſimus Dñs Cardinalis Bononi: miſſæ ſolemni in ecclesia ſua per aliquem non Prelatum cantandæ interesse voluerit; infraſcripta tã per ipſum quàm per alios obſeruari poterunt, vt res ipſa diuiuina ſecundum ius, vſumq; cerimoniarum rite peragatur. In primis Cerimoniarum Præfectus curabit, vt venturo Cardinale, luminaria quattuor ceræ albæ, præterquàm in miſſis pro defunctis, quia tũc ex cera communi, ſuper altari ponantur. Item vt habeantur funalia ad minus duo ex alba cera, præter ea quæ communiter ordinarie pro Sacramento parata fuerint, quæ, duo cappellani de Eccleſia cum cottis in tempore tenebunt. Item vt pro venturo Cardinale tapete ſit extenſum cum puluino in gradu altaris, ſuper quo Cardinalis priuatam orationẽ faciet: & recedente tunc ab altari Cardinale ad ſedẽ ſuam, non quidem remouebitur puluinus, nec tapete; ſed ad partem retrahetur, aut replicabitur; nõ qđ ibi non conueniat; ſed ne miniſtri pedibus peſſundent, vbi Cardinalis genuflexus orare conſueuit, & cappellani Cardinalis erunt quotidianis veſtibus, & non ſuperpelliciis induti, niſi Cardinalis aliquod ſacrum myſterium, vel officium exequi volet, quia pro ipſo actu induent ſe, aliàs non.

DE SEDE CARDINALIS NON CELEBRANTIS, ſed diuino officio præſentis. Cap. XVI.

Reverendiſſimi Dñi Cardinalis Epiſcopi non celebrantis ſedes ibi erit locata, & taliter ornata, vbi, & qualiter ſupra dixi, ſiue pſente, ſiue abſente Legato, cũ Magiſtratu, ac ſine eo: & ſuper ea ſede liber miſſalis apertus in parte, vbi eſt miſſa cãtanda cum ſignaculis eius ponetur, & ẽt puluinaria tria pro ſeſſione, pro genu flexione, & pro libri, & cubitorum ſimul ſuper poſitione: tamen pręſente Legato liber neutri ipſorum anteponetur, vt ſupra ſuo capitulo plenius dixi.

DE LOCIS PRAELATORVM, ET ALIORUM *officio præſentium, & de Mazerio, ſiue Clauigero cuſtodiente aditum Tribunæ.* Cap. XVII.

Loca pro Prælatis, & nobilibus Cardinalem ſequẽtibus, aut alioquin officio præſentibus præparabuntur in eodem latere, ſed extra presbyterium in ſedibus chori, quas cancellos vocant; ita, vt dignior ſit in primo loco verſus Cardinalem, ſine tamen tapetibus, & pannis, aut ornamentis aliquibus particularibus pro ipſis: niſi placeret ſcamnum oblongum apud Cardinalẽ pro Prælatis poni; & tunc illud panno cooperiri debebit, præterquam in miſſa pro defunctis, quia omnia nuda eſſe debent; & etiam tunc parcius ſedes epiſcopalis ornabitur. Item loca pro cappellanis erunt intra presbyterium, ſeſſuris ſuper gradibus altaris in latere Euangelii, ita vt non humerum, ſed

bracchium

bracchium ſiniſtrum quiſq; ad altare vertat, & faciem ad Cardinalem ſiue ad chorum; & primus ex eis erit propior ad Cardinalem, & non ad altare. Et loca pro ſcutiferis Cardinalis erunt in veſtibulo .i. extra presbyterium inter antemurale, & chorum, ita vt ipſi ſcutiferi non ſint vnquam ſeſſuri; ſed manſuri ſemper recti ante Cardinalē, etiam ſi ſint apud ſedes chori, non tamen intra cancellos, quia intra illos ſtare non debēt, nec ſedere. Item apud ſedem Cardinalis ad manum eius ſiniſtram verſus altare eſt ſedile marmoreum, ſiue lapideum in Tribunæ gyrum capax canonicorum aſſiſtētium, quod ſedile tunc erit coopertum aliquo leui panno, ſeu tapete, etiam ſi cancelli.i. ſedes chorales pro Epiſcopis, & Prælatis dicatę, non ſint ſimilibus paramentis, & ornamentis paratæ; niſi ſit officium pro defunctis. Quod ſedile erit altum modico pluſquàm ſcabellum pedum Cardinalis, vel circa; licet magis congruum eſſet, vt ipſi duo canonici medium cōtinue haberent Cardinalem, ſcilicet ſenior hinc ad dextram ſuper vno ſcabello nudo, & iunior ſimiliter inde ad ſiniſtram, ex cauſſis ſupra allegatis in capitulo, De duorum canonicorum aſſiſtentia. Item ſi quis venerabilis ſacerdos de familia Cardinalis, aut etiam quiuis canonicus celebrans erit, maxime cum miniſtris canonicis, vt plerunq; in noſtra Eccleſia fieri contingit; tunc poterit aliquod ſedile poni pro ipſis adhærens parieti in cornu epiſtolæ; niſi ordinarie poſitum ſit: Non tamen ita ponatur, vt ipſi

AA

renes vertant ſacramento ſub tribuna locato; ſed vt faciem omnes ad altare, ſeu ad Cardinalem ſedentem in latere Euangelij conuertant. Cæterum lictor ſiue Clauiger Epiſcopi Cardinalis vnus, vel quotquot erunt in aditu Tribunæ ſtabunt, prolatis clauis cuſtodientes ingreſſum vilium perſonarum, mulierculárum, & puerulorum, ac miſerabiliũ pauperculorum, rem diuinam quomodolibet forte turbantium; & deniq; ſilentium, ac attentionem indicentes, vt ſupra dixi in capitulo de his, qui intra tribunam admitti poſſunt.

DE HORIS CANONICIS ANTE ACCESſum Cardinalis non celebraturi cantandis, & quare. Cap. XVIII.

HORAE omnes vſq; ad nonam incluſiue, & aſperſio populi cum aqua benedicta, & eius cantu, quæ diebus Dominicis fieri ſolet, ante Cardinalis ad Eccleſiam acceſſum ſint expeditæ: niſi forte ipſe Cardinalis ex particulari deuotione aliter vellet: alioquin inter alia opus eſſet, vt ipſe cantaret orationes pro horis ſingulis, ſicut pro veſperis, vt infra ſuo loco dicetur. Quomodo autem Cardinalis aſpergatur infra dicam.

DE PARAMENTIS ALTARIS, ET celebrantis, & miniſtrorum. Cap. XIX.

OBSERVETVR illud omnino maxime præſente Cardinali vt paramenta miſſalia, i. altaris, & celebrantis, & miniſtrorum honeſta ſint, & digna ſuo Domino, tempore, & loco. Item quo ad habitum, & colorem congrua celebrationi fiendę, quia in Aduentu, & Quadrageſima, ac miſſis ferialibus coloris violacei eſſe debent, & Diaconus, ac Subdiaconus quotiens eo colore violaceo vtuntur, nõ dalmaticam, & tunicellam induuntur, ſed planetam quiſq; replicatam ante pectus; niſi in Paraſceue, vt ſupra dixi in capitulo. De paratu Diaconi, & Subdiaconi.

DE CAPPELLANIS MISSAE SERVIEN*tibus, & numero eorum.* Cap. XX.

CAPPELLANI altari ſeruientes habitu ſacro induti erunt, numero tres, viri omnes & non pueri ob reuerentiam Cardinalis præſentis, ſi tamen tot haberi non poterunt, ſupplebunt clerici adulti habitu, tonſura, & qualitate inreprehenſibiles; qui modeſte, & reuerenter, abſq; ſtrepitu, altaris, & rei diuinæ miniſteria ſubibunt. Quod ſi quis vir grauis, & venerandus celebrabit, tunc iuxta eius conditionem aliquis alius superaddi poterit ſeruiẽs, vir vel clericus adultus, vt ſupra.

DE ADVENTV, ET HABITV CARDI*nalis, rem diuinam audituri.* Cap. XXI.

VENTVRO Cardinali, ac rem diuinam auditur o, canonici omnes cottis, & harmutiis induti obuiam eūt vſq; ad cubiculum, vel aulā epiſcopalē; ipſe vero non quidem rochetto, & capitio, ſeu mozetta veſtitus miſſę interſit; ſed omnino cappa Cardinalari longa caudata, & cucullata coloris rubei; vel roſini, vel violacei, quem morellum dicunt, prout tempus, & ſolemnitas diei, ac miſſæ poſtulant, vt ſupra dixi: & hoc habitu vtetur quiſquis Epiſcopus, et non Cardinalis in ſua ecclesia; niſi ꝙ in diebus ſolemnioribus totius anni non rubea omnino cappa, ſed roſina vtetur, vel remiſſioris paululum coloris, videlicet, de eo, quem roſam ſiccam appellant; nunq̄ vero camelotto cuiuſcunq; coloris vtetur; ſed violaceo, aut cęleſtino colore vtetur alio tempore per totum annum. Idem faciet Metropolitanus eius. Verumtamen in Eccleſia Bonoñ. Archiepiſcopus Rauennateñ. Metropolitañ. noſter præſente Reuerēdiſſimo Cardinali noſtro Ep̄o Bonoñ. quantūcunq; ſuffraganeo nō cappa longa, ſed capitio ſuper mantellū vti poſſet ob reuerentiam dignitatis Cardinalaris.

DE AGENDIS PER CARDINALEM NON *celebraturum ante altare.* Cap. XXII.

CARDINALI Epiſcopo in veſtibulo altaris. i. antemurale exiſtenti, & non dum presbyterium ingreſſo, neq; genuflexo in

diebus Dominicis,celebraturus aſperſorium aquæ benedictæ reuerenter, & cum oſculis,vt ſupra porrigat;cum quo Cardinalis primum ſe capite diſcoo perto;deinde Prælatos,ſi qui ſunt,tum celebranté, & miniſtros,deinde canonicos omnes circumſtantes,& alios non aſperſos,omnes ſtantes aſperget, ſi alioquin aſperſio fieri debeat: quo facto canonici ad ſuum chorum vadunt;præter duos aſſiſtentes:& Cardinalis ſuam particularem orationem faciet.Interim celebrans vadit poſt ſiniſtram Cardinalis orã tis,qui oratione finita ſurgẽs facit (incipiens ipſe) confeſſionem;cui celebrans ſolus,ſtans ad ſiniſtrã; capite humiliato reſpondet: & dicens *Tibi pater*, aut *Te pater*, genuflectit profunde, nihil de tempore prætermittens. Diaconus vero, & Subdiaconus etiam ſi canonici ſint poſt Cardinalem genuflexi,inter ſe ipſos ſimul faciunt, & canonici aſſiſtentes genuflexi ſimiliter idem faciunt. Verumtamen in alia Eccleſia vbi Epiſcopus ordinarius nõ ſit Cardinalis,Diaconus,& Subdiaconus non erunt genuflexi,ſed ſtantes,Diaconus poſt dextram,& Subdiaconus poſt,& retro ſiniſtram Epiſcopi, & ſimul ei reſpondentes; remiſſiori tamen voce,quam celebrans. Finita confeſſione,retrahit ſe celebrans cũ miniſtris poſt terga Cardinalis qui uadit ad ſedem ſuam directe trahens caudam per terram ob reuerentiam ſacrificij iam inchoati.

Dè cerimoniis per Dominum Cardinalem *Eccleſiæ Bononien. pro tempore adminiſtratorem, ſeu cõmendatariũ, non in Epiſcopali, nec presbyterali, ſed tantum Diaconali ordine conſtitutum, tam intra, quàm extra rem diuinam ſeruandis. Cap. XXIII.*

Qvamvis Reuerendiſſimus Dñs noſter Cardinalis Bonoñ. Epiſcopus in ordine presbyterali iamdiu cõſtitutus ſit, & propterea nihil ad ſe pertineat de his, qui foris ſunt; Tamen quia à me petiit, quibus cerimonijs legitime, & abſolute vti potuiſſet, ſi fortaſſis S.R.E. Diaconus Cardinalis, & non presbyter extitiſſet, tam in primo ad Eccleſiam ſuam Bonoñ: acceſſu, quã permanẽdo apud ipſam, in benedictionibus ſimplicibus, & ſolemnibus, aliiſq; actibus, ſiue ad ordinem, ſiue ad iuriſdictionem pertinentibus intra, & extra diuina celebrandis. Ideo ut mandatis eius obedirem, quantum aſſequi experientia potui, ita obſeruandum dicebam. Primo Diaconum Cardinalem cum eiſdem omnibus ſolemnitatibus, & cerimoniis eccleſiaſticis recipi debere viſitando Eccleſiam ſuam; quibus alii Cardinales in Epiſcopali, & presbyterali ordine conſtituti, ac conſecrati: Nam in huiuſmodi actu nulla diuerſitas inter ipſos diuerſorum ordinum Cardinales intercedere poteſt, nec debet, quos excellentia tanti honoris, & dignitatis æquat: & propterea quiſq; Cardinalis in quouis ordine cõſtitutus, viſitans primo Eccleſiam ſuã paratus

paratus erit amictu, alba (quã camiſum vocant) & ſtola ante pectus, Epiſcopus, & presbyter in formã crucis compoſita; ab humero vero ſiniſtro Diaconus pendula, & ſub dextro ligata; tum pluuiali albo pretioſo, & vltimo mitra ſimiliter ꝓtioſa; nec pluribus ſacris paramentis; niſi ꝙ in hac prima viſitatione quiſq; Cardinalis, & Prælatus vmbraculo, (quod Baldachinum appellant) tecti eſſe debent, quæ res ſuam myſticam habet figuram: ſed illud omnino valde congruit, immo eſt neceſſarium, vt ipſe Cardinalis tali modo paratus ſimiliter paratũ habeat equum ſuum quo vehitur, videlicet, ſerico albo, quod cendatum, ſiue taffetatum vocatur à capite ad caudam, imoſq; pedes tectum, & decenter ornatum more, & ritu eodem, quo ipſi Cardinales procedunt; dum nouum Pontificem Romanum à Vaticano ad Baſilicam Lateraneñ. proceſſionaliter euntem pro poſſeſſione Papatus adipiſcenda concomitantur, qui habitus eſt proprius, & legitimus Cardinalium, & Prælatorum minorum in huiuſmodi actu, quamquàm Prælati non ſerico, nec cendato, ſed tela ſimplici, alioquin molli pro libito utentur. Poſſet tamen ſolus Diaconus Cardinalis, & ſimiliter Prælatus non conſecratus cappa coloris cõgrui reſpectiue indutus eſſe ſi vellet; ſed decẽtius, venerabiliuſq;, & sãctius eſſet in habitu quaſi ſponſalitio .i. Eccleſiaſtico, & ſacro, præſertim, ſi à clericali proceſſione recipitur, vt recipi ſolemniter conuenit; quo habitu bo. me. D. Franc. Gonzagam Cardi-

Cardinalem Mantuanum,ſic appellatum,tunc epiſcopum,ſeu adminiſtratorem, & Legatum Bonoñ: non in ſacro ſiue Epiſcopali,ſed quotidiano Cardinalari ſuæ Legationis, ingreſſum,& admiſſum fuiſſe vidimus. Quod autem Cardinalem Diaconum non ſua dalmatica, ſed potius, & omnino pluuiali induendum dixi, ideo dixi, quia geſtamen pluuialis non eſt alicuius ordinis proprium, ſed cuiq; ordini commune,ſi quidem pluuiale in nullius ordinis collatione tamquam inſigne diſtinctum,aſſignatur particulariter. Hinc videmus omnes tam Epiſcopos, & presbyteros, quam alios minores in ordine Eccleſiaſtico conſtitutos pluuialibus indifferenter vti poſſe,quamq̃ pluuiale ipſum,quod ab antiquis paludamentum dicebatur,ſolis Pontificibus,atq; Imperatoribus congruebat; Dalmatica vero licet proprie ſit habitus,& geſtamen ſolius Diaconi miniſtrantis, nihilominus Cardinalis Diaconus, qui nunc ingreditur viſitans Eccleſiam ſuam, non quidem,ut Diaconus miniſtrans(nam ſoli Papę miniſtrat)immo vero,vt Põtifex ĩgreditur. Ideo nequaquam dalmatica,qui eſt miniſtrorũ,ſed pluuiali,qui eſt reſpectiue maiorum,habitus induet. Accedat quia,& ſi ſpõſus Eccleſiæ ſuæ preciſe dici non poſſit,tamen non immerito quaſi ſponſus dici poteſt,quoniam commendæ noſtri temporis nihil quaſi ſapiunt de natura antiquarum commendarum,ſed potius trahuntur in omnibus quaſi ad habentes Eccleſias in titulum; tum quia ſunt perpe-

tuæ,

tuæ,quod eſt contra naturam commendarum, tũ quia omnia ferme poſſunt commendatarij noſtri temporis,quæ poſſunt titulares. Vnde non immerito concludendũ nõ ſolum poſſe, ſed debere modo prædicto indutum accedere ad ipſam Eccleſiã. Cęterum Diaconus Cardinalis primo accedens ad Eccleſiam ſuam,& apud illam manens, nunquam à ſe ipſo,vt pote Reuerendiſſimo Cardinali,nec virtute ſui Diaconalis ordinis priuatè,nec publice, neq; ſimpliciter,nec ſolemniter.i.in cantu,ſed nec populum,neq; rẽ aliquam benedicere; nec deniq; vllam benedictionem facere poterit; niſi prius à Papa ſpecialem,& expreſſam facultatem habuerit,ſuper præmiſſis,vel niſi, vt aliqui dicunt omnes ſacerdotes eſſent abſentes;quia tũc poſſet,ut quilibet ſimplex Diaconus benedicere;ſicut prædictis placet: Immo miſſæ ſolemni præſens,nunquam benedicere incẽſum,nec illud in nauiculam ponere; nec manum poſt epiſtolam oſculandam Subdiacono porrigere; neq; poſt Euangelium incenſari; nec deniq; vlla officia exercere,quæ ſint ordinis,niſi eſſent aliqua de attributis ordini Diaconali,in eius ad Diaconatum promotione,& niſi,vt dixi, fuerit priuilegio particulari ſuffultus,& licentiam habuerit: qua habita(nam per Pontificem ſolent huiuſmodi facultates, quæ iuriſdictionem ſapiunt, etiam verbotenus eiſdem Cardinalibus Diaconibus concedi) poterit omnibus aliorum electorum,&confirmatorũ, ac etiam conſecratorum facultatibus prædictis vti,

ſi ea ſummi Pontificis priuilegiantis auctoritas indulſerit, & conceſſerit, aliás non. Qui, vt dixi ſolet quantum vſu, & experientia didicimus, etiam verbo Diaconis Cardinalibus liberaliter illam impartiri; per quam facultatis conceſſionẽ poterit ipſe Diaconus Cardinalis vltra prædicta ad libitum paratus pluuiali, & mitra in ſua Eccleſia veſperarum officium ſolemniter, & etiam orationem præmiſſa ſacerdotali ſalutatione decantare; quæ eſt videlicet, *Dominus uobiſcum*: cum alioquin ſit ordini Diaconali (niſi in decantatione Euangelij, & in cerei Paſchalis benedictione) regulariter interdicta. Verũ quia materia ſupradicta potius eſt iuris canonici, quàm cerimonialis; Ideo me ipſum iuditio, & cenſurę, & opinioni in ea facultate doctorum rectius intelligentium reuerenter ſummitto.

DE INCENSANDO SOLO ALTARI, ET *Sacramento in principio miſſæ.* Cap. XXIIII.

CARDINALIS ſedens in ſede ſua ponit, quotiens ponẽdum eſt, incenſum in thuribulum, quod miniſtrat iunior in dextra Cardinalis Aſſiſtens canonicus: ſenior vero ſtans, vel tunc vadens ad dextram Cardinalis epiſcopi nauiculam incenſi tenet; & circa hæc omnia fiunt, ut ſupra in ſuo capitulo demonſtratum fuit. Celebrãs autem incenſat altare, ſed ipſe non incenſatur ob reuerentiam Cardinalis, quia nec etiam Cardinalis incenſari

incenſari debet, ex quo non eſt paratus: dum autẽ incenſatur altare, Cardinalis Epiſcopus ſtans incen ſato demum altare ſedet. Sed quia ex vſu ipſius Ecclesiæ ſolet Diaconus circuire altare, incenſando ſemper in gyrum Tribunam, vt incenſet ſacramentum, quod retro ipſum altare poſitum eſt; aduertat, vt non altare amplius.i. ſecundo incenſet; quia illud ſatis fuit à ſacerdote ſuo digne incenſatum: Cum autem ſacramentum incenſat, non ſtans, ſed genuflexus triplici ductu thuribuli illud incenſat. Et finito iuxta Eccleſiæ noſtræ morem Tribunæ circuitu, ipſe Diaconus non debet incenſari, quod bene obſeruetur quoniam incẽſatio ſuam habet myſticam figuram.

DE LIBRO MISSALI ANTE CARDINAlem Epiſcopum, ſeu ante Legatum, & ante alterum, uel neutrum, ex ipſis: Et in quibus officijs tenendo; Ac de legendis ex eodem libro. Cap. XXV.

NON inutile, nec indignum erit notitiam habere quando liber miſſalis ante Legatum, vel ante Epiſcopum Cardinalem, vel neutrum eorum, & in quibus officijs ponendus ſit, & quid ſi vterq; miſſæ adſit, aut alter, & quid fieri cum minoribus ordinarijs in ſimili caſu, item quid recitari ex ipſo libro per Cardinalem celebrantem, aut Legatum conueniat. Igitur ſciendũ q; liber miſſalis ante epiſcopum Cardinalem, ſeu Legatum in

miſſis tantum, & non in alijs officijs ponendus eſt; niſi in Sabbato ſancto pro tractibus tribus inter prophetias ante miſſam; tunc legendis. Inde ſi Epiſcopus Cardinalis celebrat præſente Legato, non eſt Legato liber anteponendus, qui in hoc celebrāti Cardinali humaniter deferre ſolet. Similiter ſi Cardinalis Epiſcopus non celebrat, ſed præſens cū Legato miſſæ interſit, tunc neuter librum habebit, Legatus quia habere nō debet circulos; Epiſcopus Cardinalis quia deferre debet Legato. Abſente vero altero, alter ſemper librum habeat ante ſe, etiam in miſſis pro defunctis, in quibus non fiunt circuli, & quod dixi de Epiſcopo Cardinali, intelligatur ēt de Epiſcopo non Cardinali, quia ordinarius quantumcunq; ſimplex abſente ſuperiore, ſemper librū ante ſe habebit. Et conſequenter ipſe epiſcopus non Cardinalis pręſente Legato non librum, ſed Legatus ſolus habebit illum, & omnes præeminentias. Similiter ſi alius Cardinalis non Legatus adſit miſſæ, præſente ordinario ſimplice, ipſe ſolus Cardinalis librum habebit: Sed epiſcopus alius non Cardinalis præſente ſuo Archiepiſcopo librū non habebit; quia etiam ob reuerentiam ſui ſuperioris Archiepiſcopi circulos canonicorum non habebit ante ſe. Illud poſtremo ſingulare non omittatur, videlicet, ꝙ ſiue Legatus, ſiue epiſcopus, ſiue quiuis alius fuerit, librū huiuſmodi ante ſe habens: ſi modo tunc non celebrat, nunquam legere debet epiſtolam, nec Euangelium, ſed ſolum, & dūtaxat illud

quod

quod aut à choro cantatur, aut ab organis ſonatur: quamuis aliter legatur in libro pontificali; per ea, quæ expreſſe præcipit ſanctæ me. Innocen. Papa iiiJ qui ante Pontificatum in iure cerimoniali cõſultiſſimus magiſter fuit. In cuius volumine de ritu, & expoſitione miſſalium cerimoniarũ inticulato per longa ſęcula occulto, & pene mortuo, nuper autem quodammodo poſtliminio nobis reddito, expreſſe cauetur, ꝙ ſatis debet eſſe Antiſtiti Roman. non celebranti ſi epiſtolam, & Euangelium ante ſe palã lectum intellexerit, vt ea iterum non legat: Non tamen prohibet, quinimmo pręcipit, ꝙ Epiſcopus, aut etiam ipſe Romanus Antiſtes actu celebrans poſt cantatam epiſtolam legat eamdem, & Euangelium, ac etiam Paſſionem, quę legitur in hebdomada ſancta cum alijs intermediis, quę cantãtur à choro vſq; ad Euangelium incluſiue, cum ſint de pertinentijs miſſæ, quas omnes celebrãs recitare debet; non celebrans vero non leget illa, ſed tantum, quæ à choro cantantur, aut ab Organo ſonantur, vt ſupra, quod bene nota.

DE ORATIONIBVS, SIVE *collectis.* Cap. XXVI.

PRO omnibus intra miſſam cantandis orationibus eadem regula ſeruabitur, quæ ſupra, maxime ꝙ audientes debent eſſe ſtantes, & detecto capite omnino, ac re-

ćto,

cto, & attento, nõ autem curuo, vt regulares. In quibus dum dicitur nomen IESV humeros, & caput inclinamus, Dum autem nomen *Mariæ* idem facimus ex pietate; quod ſimiliter facimus nomine ꝓprio viuentis Papæ audito: ſed in miſſis pro defunctis ad omnes ante epiſtolam, & poſt communionem communes orationes genufle ctimus, præter celebrantem, & miniſtros tres; qui in nullo actu totius miſſæ genufle ctunt; niſi in eleuatione ſacramẽti. Inſuper fe. re. Innoc. Papa. III. de quo ſupra proximo capitulo dixi, ita de orationibus ſcriptum reliquit, videlicet. Orationes, quę circa principium miſſę dicuntur, collectę dicũtur, eo ꝙ ſacerdos, qui fungitur legatione apud Deum pro populo collecto petitiones omnium in eis colligat, & concludat, ac offerat. Et quia huiuſmodi collectæ innumeræ quãdoq; dicebantur, & prolixe: ideo Pelagius, & Gregorius Pontifices Romani reformarunt omnes, ſtatuentes, ꝙ nullæ orationes à quoq̃ dicerentur: niſi quæ eſſent ab Eccleſia approbatæ: ſtatuerũt ẽt exẽplo Chriſti, qui breuiter nos orare docuit, dicturos orationẽ cõpendioſam vʒ. *Pater noſter*, in qua ſeptem petitiones ꝓ animę, & corporis ſalute neceſſariæ cõprehendunt̃; vt vel vnica tm̃, aut tres, aut quinq;, aut ad plus ſeptẽ orões dicãtur; & nunq̃ duæ, aut quattuor, aut ſex; quod ſi duę, vel alioquin pares dicantur, tunc ſub vnica concluſione. i. ſub vno *Per Dominum* dicantur, præterq̃ intra octauã Natiuitatis, & non aliter. Quod ẽt cappella Papalis obſeruat.

DE EPISTOLA CORAM CARDINALI cantanda, & ubi. Cap. XXVII.

EPISTOLA eodem loco, & modo in præſentia Cardinalis cantabitur, quibus ſupra; qua cātata Subdiaconus veniens ad latus ſedis, quod eſt verſus altare, oſculabitur manum Cardinalis epiſcopi, qui ſe pro illo actu ad illum ſe conuertet manū porrigens: niſi ſit miſſa pro defunctis; quia manus tūc nō offertur oſculanda. Quo facto duo canonici aſſiſtentes ſurgent, cum quibus Cardinalis ſedens legit graduale, & ea ſolū, quæ chorus cantat; nec plura .i. non epiſtolam, nec Euangelium, quæ leguntur ab ipſo Cardinali Epiſcopo ſolum actualiter celebrante, & non alias, vt iam ſupra dixi.

DE EVANGELIO SIMILITER CANTANdo, & ubi, ac de libro oſculando, & quomodo. Cap. XXVIII.

ANTE vltimum verſum per chorum, ſiue Organum cantatum poſt epiſtolam, Diaconus vt ſupra in ſuo capitulo dictū eſt, portat librum ad altare, & redit ad Cardinalem pro incenſo; niſi miſſa ſit pro defunctis; quia non portatur incenſum, nec lumen; inde accipit librum ex altari, & genuflexus ante Cardinalem vſq; ad terram; (niſi ſit canonicus qui ſolū pſunde īclinat) petita benedictione à Cardinale, vadit ad locum prędictū

extra

extra presbyterium; & cantat ſuum Euangelium; & omnia præterea hic facit in omnibus, ſicut ſupra: hoc excepto quod licet Cardinalis poſt Euangelium librū oſculetur; niſi ſit miſſa pro defunctis; non tamen incenſatur, nec ſimiliter celebrans; qui non prius cantat *Credo*, niſi poſt oſculatum à Cardinale librum. Et ſi celebrans non habens miniſtros paratos cantet ipſemet euangelium; tunc ipſe ſtans ante medium altaris, verſa facie ad Cardinalē petet humiliatus benedictionem; quo caſu Card. ips. ſedēs, vt aliàs verbo, & manu benedicit celebrāti, alioquin miniſtris ſolis. Ceterum illud omnino ſeruet Subdiaconus, qui librum Euangelii cantanti ſubſtinuit, vt finito Euangelio, dum librum oſculādum Cardinali oblaturus eſt; non prius ante ipſum genuflectat, q̃ librum pro oſculo obtulerit, ac oſculatum clauſerit: tunc.n. genuflectat, & non prius, quod etiam ſeruabunt alij huiuſmodi librum offerentes, ſiue Prælati, ſiue minores ſint; ne textus Sancti Euangelii quodammodo videatur humiliari ante Cardinalem, qui eum reuerenter adorare debet.

DE SERMONE, CONFESSIONE, ET INDVL- *gentiis, ac benedictione poſt Euangelium* Cap. XXIX.

SI poſt euangelium dici debeat ſermo latinus, & non prædicatio vulgaris, ſeruabitur, vt ſupra. Nam poſt oſculatum à Cardinali librum, ſermocinator ibit ad

oſculūm manus eiuſdem; & petet benedictionem, & Indulgentias, & fiet ſermo, & poſt illum confeſſio; & deinde publicatio Indulgentiarum: Et vltimo Cardinalis in loco ſuo ſtans legit preces: & abſolutionem, & dabit benedictionem; ſicut ſupra dictum eſt. Sermo autem pro aliquo defuncto qualiter fiat, infra in capitulo de eadem miſſa pro defunctis, &c. dicetur.

DE SYMBOLO IDEST CREDO, QVANdo, *& quare intra miſſam recitatur.* Cap. XXX.

INNOCENTIVS Tertius à nobis plerunq; memoratus, quē Durantes Mimateñ. in ſuarum cerimoniarū expoſitione ęmulati conatus eſt, de ſymbolo ſic ē interloquutus. Duo inquit ſymbola ſunt, quę per vocabulū *Credo* inuocantur; unum ſcilicet Apoſtolicū à duodecim Apoſtolis in totidem verſibus per rithmos Hebraicos conditum: quod cum nec dum miſſarum canendarum vſus haberetur in ſimplicibus miſſis, quæ à primitiua Eccleſia ſine cantu legebantur abſolute, ut nunc quoq; in Prima, & Cōpletorio, recitabatur. Verum miſſæ cantandæ vſu demum reperto, quia ipſum Apoſtolicum ſymbolum propter verſuum, & rithmorum incōcinnitatem ſub hilari tripudio cantari vix poterat; Ideo per Conſtantinopolitanā ſynodum illud idem ex Hebræo, in Gręcum ſermonem primo, & mox ſub Damaſo Papa in Latinū ſic

translatum fuit, vt cum iucunditate, & tripudio delectabili inter miſſarum ſolemnia decātari poſſet. Et propterea ſymbolum Conſtantinopolitanum, ſiue Nicenum vocatur; quod recitatur, ſiue cantaẽ in illis ſolemnitatibus tantum, de quibus in primo ſymbolo Apoſtolico fit mentio, & non aliter; quãquàm obſcure quorumdam, ut commemorationis omnium Sanctorum; cum ipſa ſit dedicationis feſtiuitas. In feſto Innocentũ non dicitur; quia ipſi non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt Chriſtum; niſi in Dominica uenerit. Item in feſto Epiphaniæ, quia eſt feſtum Baptiſmatis, non habito reſpectu ad Magos, qui deſcenderunt ad inferos; propterea nec dicitur in Natiuitate Sancti Io: Baptiſtæ, nec in feſto Sancti Laurentii. Item in feſto Aſſumptionis Virginis. Item in Cœna Dñi, quia eſt ſolemnitas Euchariſtiæ, ad quam reſpicit illud, quod dicitur in ſymbolo *Sanctorum communionem*. Sed in feſto Angelorum dicitur ex inſtitutione Damaſi; quia nomine cœli, intelliguntur Angeli, nõ ꝙ habuerint fidẽ, ſed ſpem, non credentes, ſed agnoſcentes. Item in feſto Dedicationis Eccleſiarum, ad quod reſpicit illud ſanctam Eccleſiam catholicam. Ad octauas reſpicit reſurrectio Mortuorum: Vnde continetur in ſymbolo. *Carnis reſurrectionem*, In feſto verò Sanctæ Agnetis ſecundo non cantatur, quia non eſt feſtũ octauæ. Propterea nec in cathalogo refertur, nec in Eccleſia pronuntiatur. A' Paſchate vſq; ad Aſcẽſionis feſtum quotidie cantatur; ſicut Dominicis

diebus,

diebus. In feſto Sanctæ Mariæ Magdalenæ cantatur, quia ipſa prima reſurrectionis gaudium annũtiauit. Vltimo licet in ſymbolo mentio fiat de morte, & ſepultura, & paſſione Chriſti, tamen ſymbolũ non dicitur diebus illis: quoniam dierum illorum officium aliorum officiorum regulam nõ ſectatur. hactenus Innocentius. Cæterum dum ex ipſo ſymbolo verſus recitatur, videlicet, *Et incarnatus eſt de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus eſt.* genuflectunt omnes miſſæ præſentes quicunq; ſunt: Non ideo (vt Durantes autumat) quia paſſionem Chriſti memoramus, ſed quia tantum, & tam mirabile myſteriũ memorando Natura ſtupet, ideo omne genus humanum procidens hoc myſterium diuinæ humanitatis adorat, etiam cum gratiarum actione genuflectendo. Quare autem Innocentius in feſto Sancti Laurentij ſymbolum non recitari dixerit, nec cauſſam reddiderit neſcio: hoc autem ſcio, ꝙ in ſolemnitatibus, quibus prohibetur ſymbolum recitari, nunquam recitabitur etiam in Eccleſia in qua illud feſtum ſolemnizatur.

DE VTENSILIBVS ALTARIS, ET MISSAE *conſeruandis, & ubi; ac de illis ad altare ferendis, & quomodo. Nec non de patena tenenda, & qualiter, ac quando ad altare reportanda ſit.* Cap. XXXI.

CANTATO à choro verſu ſymboli, videlicet, *Et incarnatus eſt, &c.* aut ſi ſymbolum non cantetur, Euangelio finito; Subdiaconus

tunc,& non prius, vadit ad capiendum calicem, & alia offerenda; quem ad altare euntem, vnus ex cappellanis cum ampullis diſcoopertis ſequitur; & idē Subdiaconus ſtans illa offert Diacono ibi ſtanti; qui extendit corporale, & calicem locat ſuper altari: quo facto redeunt ad celebrantem. Cęterum calix, & patena, ac burſa, & ampullæ non bene cuſtodiuntur in armariolo illo, quod eſt ad cornu Euangelij, quia regulariter debent reponi, & cuſtodiri ad latus epiſtolę, vbi eſt locus abaci; maxime præſente Epiſcopo Cardinali, aut Legato. Subdiaconus ampullam aquæ, quæ in calice poni debet, offert ex angulo altaris genuflexus, vel humiliatus ſi eſt canonicus in cornu epiſtolę; vnde porrigit manū verſus Cardinalem, qui producto ſigno crucis illam benedicit, nihil dicendo (niſi ſit miſſa pro defunctis; quia tunc aqua non benedicitur) & poſita aqua, vt ſupra, in calice, ac reddita ampulla cappellano p Subdiaconū, ipſe Subdiaconus accipit ſuper humeros miniſtrāte alio cappellano velū extensū, & patenā ſuper illo, veli prędicti extremitate coopertam; quam ſtans in vltimo gradu altaris tenet ſic coopertam, vſquequo reuertitur poſt dictum *Pater noſter* ad altare, vt ſupra, & non aliter. Patena autem hęc in miſſis pro defunctis non tenetur. Item hanc patenam in fine Dominicæ orationis cum dicitur in ea, *Sicut, & nos dimittimus.* Subdiaconus cum reuerentiis Cardinalis, & altaris portat coopertam, & porrigit Diacono apud altare ſtanti; qui illam diſcooperit

rit,& accipit de manu Subdiaconi ſtantis,& non genuflexi,& non prius,nec aliter,quàm vt ſupra,quia hæc omnia plena ſunt myſterijs diuinis.

DE INCENSATIONE GENERALI OMnium in choro manentium, Cap.XXXII.

POST incenſationẽ oblatorũ more prædicto,incenſatˀ celebrans per Diaconũ duplici ductu thuribuli; & deinde Card. eps̄ triplici ductu per primum Aſſiſtentẽ canonicum,qui incenſato Cardinali reddit thuribulum eidem Diacono;niſi Diaconus ſit,& ipſe canonicus,quia ipſe Diaconus canonicus ſtans incenſat Cardinalem detecto capite ſtantem triplici ductu, & cum reuerentia ſupradicta; tum idem Diaconus canonicus incenſat omnem Magiſtratum; deinde Prælatos præſentes, hinc canonicos duos aſſiſtentes,ac omnes alios canonicos in choro exiſtentes, ac etiam Subdiaconum; poſt quos ipſe incenſatur ab alio cappellano, qui deinde incenſat reliquos; hoc obſeruato,vt genuflexos,aut ſedentes admonitos,vt ſurgãt,ſi nõ ſurrexerint nõ incenſet; ſed pertranſeat non incenſans eos. Incenſatio autẽ hmõi in miſſis pro defunctis omnino omittitur; nã poſt incenſata oblata ſolus celebrans,ſi eſt Pręlatus, incenſatur, & non aliter; neq; Epiſcopus Cardinalis, nec etiam Legatus,ſi eſſet pręſens, qui nequaquam incenſatur,ex quo nõ habet ſacra paramenta, ſicut etiam

etiam Papa non paratus non incenſatur poſt obla-
ta in miſſis pro defunctis. An autem,& qualiter in
cenſetur ſacramentum,vide quæ dixi ſupra in capi
tulo de incenſando ſolo altari.

DE PACE DANDA, ET QVA- *liter.* Cap. XXXIII.

Pro pace danda licet plene iam prædi-
xerim,ſi Aſſiſtens pluuiali indutus mi-
niſtret Prælato in miſſa pontificali;ipſe
debet pacem per oſculũ faciei accipe-
re,& dare ſimiliter pacis oſculũ; alioquin pax offe-
ri cum inſtrumento aureo,vel argenteo,aut aliqua
alia materia ſemper debet. Tamen quia tam fre-
quens vſus Eccleſię Bonoñ.habet,vt omnino cano
nici non aliter, quàm per oſculũ faciei accipiant,
& dent pacem; ideo ſi videtur,poſt habita,lege ſer-
uare conſuetudinem, primus canonicus aſſiſtens
poſt dictum *Agnus Dei*, vadit ad altare, & capit pacẽ
per oſculum faciei, quam det Cardinali, & deinde
Magiſtratui,vt ſupra: tum det cũ ſimili oſculo,ſuo
ſocio canonico aſſiſtenti, qui det eam vni manſio-
nario,& ille cum oſculo det primo cuiq; canonico,
in vtroq; chori latere, & primo manſionario: tum
per inſtrumentum detur pax omnibus aliis more
ſolito in choro manentibus;ſed vt dixi, pacis oſcu-
lum vultu non datur; niſi quando Prelato celebrã
te aliquis paratus aſſiſtit. Si autem pax materialis
offertur

offertur, tunc præcipue obſeruetur, vt ille quiſquis ſiue Prælatus ſit, ſiue non accipiens pacem inſtrumentalem à miniſtro miſſæ, prius quidem vſq; ad terram genuflectat ante ſacramẽtum, quod adhuc ſuper altari eſt; ſed ante Cardinalem nullatenus inclinet, antequam illam offerat; nec etiã poſtquam obtulerit, ne imaginem Chriſti ſacram ante illum humiliari faciat: niſi poſtq̃ pacem inſtrumentalem miniſtro reſtituerit: tunc.n. inclinet ante Cardinalẽ vt volet: quod ẽt obſeruabitur in miſſis planis quotidianis ante Cardinlem legendis priuate.

DE LEGENDIS POST COMMVNIONEM *per Cardinalem.* Cap. XXXIIII.

POSTQVAM chorus finierit cãtare *Agnus Dei*, & etiam purificatione per celebrantem perfecta, & non prius, Cardinalis ſedens cooperto capite, ſtantibus hinc inde duobus ſuis aſſiſtentibus canonicis, qui miſſale eleuant aliquantulum; legit antiphonam, quæ eſt poſt communionem, & nõ aliud: ſed non prius ſurgit, q̃ celebrans incipiat cantare verſus ad populũ, *Dñs uobiſcum*, Pro oratione tunc cantanda.

DE BENEDICTIONE SOLEMNI, ET INdulgentia in fine miſſæ danda. Cap. XXXV.

Finita miſſa celebrans, etiam ſi ſit Pręlatus præſente Cardinali non dat benedictionem, ſed dicto per ſe *Placeat*, & facta vſq; ad terram genuflexione, aut per Pręlatum humiliatione; retrahit ſe ad cornu epiſtolæ, vbi verſa facie ad Cardinalem in ſede ſua manentē, ſtat manibus iunctis, & Cardinalis dat benedictionem ſtans cooperto capite; niſi ſacramentum ſit ſuper altari dicens, *Sit nomen Dñi, &c.* Quod ſi ſit miſſa pro defunctis, nec benedictio, nec indulgentia datur: & ſi intra miſſam non fuerit per ſermocinantē publicata indulgentia; tunc per celebrantem ſolū, verſa ad populum facie in fine Miſſæ publicabitur centum dierum, ſi Epiſcopus eſt Cardinalis, vt nunc eſt, vulgari, ſiue latino ſermone, vt magis placuerit; & forma erit, vt ſupra. Et licet intra miſſam fuerit poſt ſermonem data benedictio, tamen etiam rurſus dat benedictio in fine miſſę; non tamen ſic indulgentia, quę intra miſſam ſemel data, nō amplius datur in fine eius.

DE VESPERIS IN PRAESENTIA CARDINALIS *Epiſcopi celebrandis. Cap.* XXXVI.

Si Cardinalis velit veſperis intereſſe; tūc veſperę celebrabuntur, vt notatum eſt in pontificali nouo expreſſe iuxta rubricæ illius formam; hoc obſeruato; vt ex quo iuxta prædictam formam Cardinalis eſt facturus

ęturus officium,& cantaturus, *Deus in adiutorium*, non niſi in die,& non in vigilia cantet niſi aliter ei ex pe culiari deuotione placuerit, ac etiam aduertatur vbi dicitur ꝙ Epiſcopus incenſatur capite coopers to,quia immo debet incenſari capite detecto,& re= uerenti ad ipſum actum incenſationis, non habito reſpectu ad incenſantem,ſed ad actum incenſandi myſticum,& ad cãtum ipſius cantici *Magnificat*, quẽ reuerenter audire debet: Non obſtante quod dũ ipſe Epiſcopus paratus incenſatur, debet cum mi= tra incenſari,quia aliud eſt cum mitra, aliud eſt cũ bireto. Item ꝙ ad minus quinqꝫ cappellani cum cottis parati aſtent pro candelabris, & alijs vtenſili bus miniſtrandis,& ꝙ veſperę per alium celebren= tur ipſo Cardinali præſente cappa veſtito, & nullũ officium faciente niſi in fine benedictionem, & ſic bene erit. Nam ſi in cappella Papæ,quę eſt,vt ſupra dixi,omniũ rituum eccleſiaſticorũ magiſtra, & Im= peratrix,Papa ſit manto,ſiue crocea,aut cappa lon= ga, uel ſuo rocchetto,ideſt habitu quotidiano ue= ſtitus pręſens veſperis; certe non incipit veſperas, nec incenſat in principio ipſe, nec altare; nec cãtat orationem,ſed audit alio cantante omnia. Item ſi ibidem Cardinalis abſente Papa celebrat veſpe= ras,profecto accipit omnia ſupradicta paramenta, prout in veſperis ſolemnibus dixi, & nunquam ſi= ne illis paramentis celebrat veſperas: Immo in ve= ſperis pro commemoratione defunctorum dũ Pa= pa illis intereſt officium faciẽs, eſt quidem cappa

indutus; ſed habet ſub illa amictum, albam, cingulum, ac ſtolã: Abſente vero Papa, Cardinalis celebrans, qui remiſſius deberet parari, quàm Papa, induit omnia prædicta, & etiam pluuiale deſuper, & cum illis orationem cantat; & etiam matutinas abſoluit: alioquin ſequeretur, ꝙ ſi Cardinalis Epiſcopus præſens ſit horis aliis, etiam cãtaret omnes orationes pro omnibus horis. Dicamus itaqꝫ, ꝙ ſi Cardinalis veſperis intereſſe velit, nihil quidem ipſe agat nec cantet; neqꝫ incenſet, ſed per aliquem Prælatum, ſiue canonicum veſperæ celebrentur, inchoentur, & finiantur. In quibus ipſe Cardinalis diſcooperto capite ſtans incenſetur, & in fine ipſe, ſi placet, ibidem in ſede ſua benedicit capite cooperto, vt ſupra dictum eſt; vel ſi placet Cardinali omnino ita facere, ſicut in libro pontificali traditur, ſaltem diſcooperto capite incenſetur. Et celebrans veſperas ſic paratus, ſedet in faldiſtorio, & non in ſede ampla, ſicut pro matutinis ſolet; nam matutinale officium agitur quodãmodo ferialiter, non autem ita veſperale officium. Sed omnino incongruum videtur, ꝙ Cardinalis celebret veſperas, niſi ſolum qñ ipſe eſt etiam miſſam cantaturus, aut illam cãtauit, & tunc paratus, & apud ſuum faldiſtorium.

DE MATVTINIS IN NOCTE NATIVITAtis Dñi noſtri IESV Chriſti per Cardinalem Epiſcopum, ſimul cum prima miſſa celebrandis. Cap. XXXVII.

IN matutinis noctis Natiuitatis Dñi noſtri IESV Chriſti per Cardinalem Epiſcopum ſimul cum prima miſſa celebrandis, hæc ſeruabuntur: Tribuna, altare, abacus, faldiſtorium, & omnia parabuntur, quę ſupra pro miſſa ſolemni per Cardinalem celebranda parata, vt ibi dixi, fuerunt; niſi ꝙ ſuper altari nulla erunt paramenta pro eodem celebraturo, nec pro miniſtris, ſed aut ſuper abaco, aut (quod melius erit) ſuper aliqua alia mēſa remiſſiori poſt altare locata, ponentur ipſa paramenta omnia vſq; ad vnum pro Cardinale, & etiam parabitur pluuiale pretioſum pro eodem cantaturo orationem in fine nocturnorum. Miniſtri vero ſua paramenra in tempore capient induentes ſe, aut poſt altare, aut (quod quietius, & commodius erit) in ſacriſtia: ponetur etiam in medio chori ante aditum ad altare. i. in veſtibulo pulpitum omnino nudum, ac diſcoopertum, & ſuper eo nudus liber lectionum: In ipſo choro ponentur quinq; funalia ceræ albæ in quinq; magnis candelabris, videlicet, quattuor, in quattuor ſpatiis chori ęqualiter diſtātibus, & vnum ſimile candelabrum cum ſimili funali apud, & poſt pulpitum libri lectionum, vel plura, vt placebit Domino: Item intra Tribunam ponentur ad minus quattuor ſimilia funalia, videlicet duo in latere Euangelij, quę tenebunt æqualibus diſtantiis duo ſcutiferi Cardinalis, ſe ipſos per uices mutando, & duo ſimiliter in latere epiſtolæ, aut plura, ſi, & prout Cardinalis voluerit; habebun

turq; aliquę paruæ candelæ manuales pro Cardinali & canonicis cantaturis lectiones. Item apud Cardinalem nulli erunt canonici aſſiſtentes; ſed ſoli nouem ſui cappellani cottis induti, nec aliqui cũ pluuialibus in choro, aut in tribuna. Inſuper Organiſta, licet (vt ſuo capitulo ſupra dixi) poſſit alternatim Pſalmodiam ſonare, vt placebit Domino: tamẽ propter nocturnum frigus, & officium nimis longum poterit, vel in fine cuiuslibet pſalmi repetere antiphonam, vel nihil ſonare, niſi incepto hymno, *Te Deum Laudamus.* Itaq; hora competenti; & omnibus rebus, ac miniſtris præparatis, Cardinalis, veniens in cappa rubea, etiam ſi ipſe aliquo caſu ex particulari domeſtico funere mœſtus fuerit: quia ſic omnino de colore rubeo, & feſtiuo indutus eſſe debet, propter verba, quæ leguntur in nocturno, præſentis officii. S. Leonis Papæ, videlicet, *Gaudeamus: neq; n. fas eſt locum eſſe triſtitiæ, ubi Natalis eſt gloriæ &c.* Oratione facta ſedebit in faldiſtorio parato cum cucullo cappæ ſuper capite, & cappellani dilatabunt fimbrias cappæ anteriores in gyrum ante pedes eius tunc, & quotiens opus erit. Poſtquam quieuerit tantiſper, ꝙ omnes in choro, & tribuna viderit diſpoſitos, habita de more licẽtia à Legato, ſi erit præſens, ſurget ſurgentibus omnibus, & ſtans diſcooperto capite verſus altare dicet tacite totum, *Pater noſter,* Quo completo cantabit, *Dñe labia mea aperies,* quod dicens ſignabit ſe pollice ſuper labiis paruo ſigno crucis, & deinde cãtabit. *Deus in adiutorium,* faciens ſibi

ſignum à fronte, ad pectus, prout in veſperis, quò dicto, ſic expectabit ſtans immobilis vſquequò per chorum fuerit cantatum totum inuitatorium, & hymnus, quem ſi ipſe voluerit, vt debuerit, intonare, poterit, dummodò prius ſibi per aliquem manſſionarium præintimetur; vt ſupra in veſperis; pro quo tamen intonando aduertat, vt dum ipſum cantat, faciat manibus, ſicut facit, quando in præfatione cãtat *Gratias agamus Dño Deo noſtro*, & hoc ꝑpter reuerentiam appellationis diuinæ, dicendo videlicet, *Chriſte redemptor omnium*; Poſtea incepto primo pſalmo, ſedet ipſe, & omnes miniſtri eius cum eo, & alij de choro. Pſalmodia cantabitur cum ſolemnitate, & deuotione, ac cum præintonatione antiphonarũ ante canonicos, qui omnes incipiẽdo à ſenioribus ordine, quo ſedent nullo recuſante, nec ſe excuſante antiphonas reſument. Lectiones octo per totidem canonicos ſuper hoc admonitos, & inſtructos; ſed inchoando à iunioribus, & vltima per ipſummet Cardinalẽ cantabuntur, cum diſciplina cerimoniali ſubſequenti, vt poſt finem trium pſalmorum primi nocturni, cum cantatur verſiculus, primo Cerimoniarius portans ſecum vnam ex paruis candelis accenſam, vadit ad librum lectionum, & inuenit textum primę lectionis; ibiq; candelam prædictam ſic accenſam ad pulpitum applicat: cum autem dicitur reſponſorium prędicti verſiculi, canonicus cãtaturus lectionem vocatus à Cerimoniario accedit ad pulpitum; vbi facta reuerentia primo altari, de-

inde

inde Legato, tum Cardinali, ſe firmet, & eodem contextu Cardinalis ſurgit, ſurgentibus omnibus; qui ſtans detecto capite, vel ſemitecto verſus ad altare alte cantat *Pater noſter.* Interim vnus cappellanus librum apertũ ante faciem Card. tenet, ex quo ipſe in fine eadem voce proſequitur, vel ſi memoriter cõfidat ſe dicturũ, tunc ſine libro cantans, *Et ne nos &c.* Deinde ſimiliter ſtans cantat abſolutionem, videlicet *Exaudi Dñe, &c.* & reſponſo per chorum *Amen*, canonicus cantaturus lectionem detecto capite, ibidem apud pulpitum conuerſus ad Cardinalem humiliatus, inclinatuſq; petît eius benedictionem, cantans, videlicet, *Iube Domine benedicere*, & non *Dñe*, nec *Domne*; ad quem Cardinalis tunc conuerſus, reſpondet benedicens, videlicet, *Benedictione perpetua, &c.* canonico cantaturo interim cum humeris ſemper inclinatis manente. Dum vero Cardinalis benedictionem profert, nullam benedictionem facit manu ſuper illum; & cum reſpondetur *Amen*, Cardinalis ſedet, cuius fimbriæ cappæ, vt prius aptantur in gyrum extenſum, & ſimiliter omnes ſedent. Canonicus vero, accepta, ſi placet, candela parua propria manu, poſtq̃ viderit Cardinalem cõpoſitum in faldiſtorio incipit, & proſequitur ſuam lectionem docte, & grauiter cantans: qua finita, cum dicturus eſt verſiculum. *Tu autem Dñe miſerere nobis*, genuflectit ad altare verſus, & ſic ipſum integrum verſiculum cantat genuflexus manẽs; tum ſurgens facta ſolita reuerentia Cardinali ſine oſculo manus, ſed habito à

Cardinali

Cardinali ſigno crucis reuertitur ad locum ſuum, dimiſſa ibi candela parua. Idem facit ſecundus canonicus pro ſecunda lectione, & tertius pro tertia; quibus tamen ambobus Cardinalis celebrans, praeter primum, dās benedictionem, ſedet: & ſimili modo cantatur ſecundus, & tertius nocturnus, tam in pſalmis, quàm in lectionibus; niſi quod celebrans ſurgit quidem cantaturus abſolutiones, ſ. *Ipſius pietas, & miſericordia nos adiuuet &c.* Ac etiam *A vinculis, &c.* ſed dās alias benedictiones, manet ſedens hoc modo, videlicet, quia ad primam, quartam, & ſeptimam abſolutiones, & benedictiones ſtat rectus; ſed ad alias omnes manet ſedens. In tertio nocturno cum dicitur longus pſalmus, videlicet *Miſericordias Dñi;* Cardinalis ſi eſt miſſam cantaturus per ſcutiferos ſuos duos, vel vnum circum circa cappellanis in genuflexione manentibus calciatur ſua ſandalia, & caligas ſacras; & interim legit antiphonam totam, videlicet; *Ne reminiſcaris,* & pſalmum, *Quàm dilecta tabernacula tua, &c.* & oēs pſalmos, & verſiculos, ac orationes paramētorum capiendorum, prout ſupra in miſſa ſolemni à prima vſq; ad vltimam, ſemper ſedens, & nunquā ſe mouens à faldiſtorio, & Diaconus, ac Subdiaconus eodem tempore; niſi quis eorum ſit aliquam lectionem cantaturus, vadunt ad ſe parandos in loco deputato, & ſi paramenta celebraturi non ſint explicata, & ſuper abaco diſpoſita, tunc diſponuntur, vt per ordinem ſupradictum accipi poſſint. Finitis tribus pſalmis tertii nocturni, & ſuo verſiculo,

lo,celebrans,qui iam ſatis commode potuit legiſſe omnia,quæ ſunt legenda,& accepiſſe calciamenta in pedibus;ſurgit adhuc cum cappa,vt prius,&dat abſolutionem,& benedictionem, ſic ſtans uſque quò canonicus dicto à ſe Euangelio, dicere velit homiliam, tūc.n.celebrans ſedet: & ſcias ꝙ canonicus cantans thema Euangelij, nequaquam debet Euangelij textum;nec ſe in fronte,nec in ore, nec in pectore cum pollice ſignare, nec manibus iunctis manere;ſicut facit Diaconus quando cantat Euangelium in miſſa;ſed tenere manus ſuper libro hinc inde diſiunctas,homiliam legendo;& idem fit pro octaua lectione: pro qua ipſe celebrans quidem ſedet dans benedictionem: ſed canonico incipiente pronuntiare, videlicet, *Lectio Sancti Euangelii*, illico audita mentione, Euangelij ſurgit ſic manens vſq; ad verbum videlicet, *& reliqua*, ante homiliam, vt ſupra: Nonam lectionem cantat, celebrans, cappa veſtitus ſtans detecto capite apud faldiſtorium ſuum verſa facie ad altare: ad quem tunc, & non prius accedunt duo ſeniores canonici videlicet,Vicarius ſuus, vel alius futurus eius aſſiſtens in miſſa, qui tunc aſſiſtet ei; dum cantabit lectionem;& abſente Legato,alius,canonicus firmabit ſe apud pulpitum libri lectionum, vt inde det benedictionem Cardinali petituro,niſi Legatus adſit, qui id faciat cū mutuis hinc inde reuerentijs: & alius ex eius cappellanis acceptum librum, tenet ante illum medius inter duos cappellanos tenentes,ſimpliciter,& abſolu

te duas paruas candelas manuales ſine cãdelabris: tiam candelabra non nunc pro lectione ſed in fine hymni, *Te deum laudamus*, portabuntur pro oratione cantanda. Igitur celebrans ſtans, prout erat, verſa modicum facie ad primum canonicum ſtãtẽ apud pulpitum, vel ad Legatum præſentem, cum mutuis tamẽ reuerentijs, à quo eſt reſponſionem pro bene dictione habiturus, cantat, *Iube Domne benedicere*, & non *Domine*, vt aliqui male opinantur: cui ille ex canonicis ſtans apud pulpitum prædictum reſpondet dicens, *Verba Euangelii doceat nos filius Dei*, & ſic illo ibidem vſq; ad finem lectionis remanente, celebrans legit Euangelium Ioannis, dicens non, *Initium*, ſed *lectio Sancti Euangelii*, & facit, ac ſtat, vt alij, qui Euangeliũ cantarunt. Dum vero cantat homiliam, ſtat capite ſemicooperto, ſi placet. Alij vero, ac etiam Legatus non propter homiliam, ſed propter Cardinalem tunc ſtantem nudo capite ſtant, & in fine remoto confeſtim libro, ipſe capite ad altare multum inclinato, cantat, *Tu autem Domine &c.* Interim recedit ille ſenior canonicus à pulpito, & tũc vadit ante cũ manſionarius, qui reſponſo per chorum dato, videlicet, *Deo gratias*, quod cũ mora, & tono ſolemni cantatur, intimat ei, vt ſupra hymnum videlicet, *Te Deum laudamus*, quo audito celebrans eadem verba reſumit in cantu ex libro, vel memoriter, vt placet, deinde illico ipſe, & omnes genuflectunt pro reſiduo verſiculi illius, videlicet, *Te Dominum confitemur*, qui debet cum ſolemniſſima melodia cantari, melius quam totum

reſiduum de hymno; & primo verſu prædicto can/
tato Cardinalis ſurgit, ſurgentibus omnibus à genu
flexione vſq; ad finem hymni, niſi q; dum cantabi/
tur, verſiculus, *Te ergo quæſumus &c*, vſq; ad finem ver/
ſiculi, omnes genuflectunt; ipſe autem verſus, vide
licet; *Te ergo &c*; debet cum eadem melodia, vel
meliori, ſicut primus cãtari. Igitur incepto hymno
celebrans poſtq̃ à prima genuflexione ſurrexerit;
exuit cappam, & lauat ſtans, & induitur paramen/
tis ſuis miſſalibus omnibus, aliquantulum expedi/
tius, & citius ſolito; adiuuantibus Diacono, & Sub/
diacono iam prius paratis, ita vt omnia paramenta
pontificalia vſq; ad dalmaticam incluſiue, & ſuper
dalmatica poſſit accepiſſe pluuiale. Itaq; ſuper dal/
matica loco planetæ induitur pluuiale, & ſtans ſine
mitra accipit annulum pontificalem, deinde con/
uerſus ad altare, expectat finem hymni prædicti,
cuius decantatio ita cum æquali tempore diſpenſa
ri poterit, vt Cardinalis paratus, & hymnus decãta/
tus ſimul finiendo concordent; & tunc duobus cap
pellanis cum candelabris venientibus, & ſtantibus
vt ſupra cum medio inter eos cappellano librum te
nente; celebrans verſa facie ſtans ad populum, vt
alias, & non ad altare, cantat, *Dominus uobiſcum*, & ver
ſus ad altare, *Oremus*, ac orationem non de prima miſ
ſa; ſed de veſpetis, quæ incipit; *Concede quæſumus*; de
inde repetit, *Dominus uobiſcum*, & dum chorus cum or/
gano proſequitur ſolemniter, *Benedicamus Dño*, & ſi/
militer, *Deo gratias*, celebrans depoſito pluuiali ſe/

dens

dens chirothecas, & ſtans planetam accipit, & rurſus ſedens mitram pretioſam: demum vadit ad confeſſionem pro miſſa inchoanda; quæ fit in omnibus, & per omnia more ſolito: niſi ꝙ poſt communionem corporis, & ſanguinis, celebrans, ſi volet cantare tertiam miſſam, non capit tunc perſuſionem, ſiue purificationem; & in fine poſt datam benedictionem non publicatur Indulgentia, quia demum in maiori miſſa publicabitur.

DE EISDEM SOLIS MATVTINIS per Cardinalem; ſed miſſa per alium coram ſe cantanda. Cap. XXXVIII.

SI Cardinalis epiſcopus matutinas quidem ſolas, celebrare, miſſam vero nequaq̃ ſed ei tantum intereſſe voluerit; tũc altare eodẽ modo quo ſupra De miſſa coram Cardinali celebranda dictum fuit, parabitur: luminaria, vt ſupra adhibebuntur, tam in choro q̃ tribuna; & ſimiliter pulpitum: ſed neq; abacus vllus parabitur, nec paramenta apud altare diſponẽtur; nec etiam faldiſtorium locabitur, ſed ſedes ampla ſolita cum libro, & ſolito more in cornu Euangelij feſtiuiter ornabitur, vbi Cardinalis offitium faciens manebit. Cappellani Cardinalis adminiſtraturi ad minus quinq; erunt cottis induti; vt ſic religioſius de libro, & candelabis, cum opus erit, ſeruire poſſint; Canonici nulli aſſiſtent; niſi qñ Cardina‑

ibi Cardinalis miſſam celebraturus incipit legere pſalmos, & calciamenta induere, hic nihil noui facit, ſed ſic, vt prius perſtat, & in tempore ſuam nonam lectionem cantat, vt ſupra, cui benedictionē petenti reſpondetur per Legatum, aut eo abſēte per Canonicū apud pulpitū ſtantē. i. magis eidē Cardinali propinquum. Dum aūt ipſe ſurgit dicturus, *Pater noſter*, ante ſuam lectionem, tunc accedunt duo Canonici ſeniores, & hinc inde librū apertum in folio, vbi eſt lectio cantanda eleuatum ſubſtinent ante faciem eius, & ipſi non amplius inde diſcedunt vſq; ad finem offitij totius, non ſolum matutinalis, ſed miſſalis, in miniſterio aſſiſtentiæ ſeruituri, vt alias more ſolito. Similiter quoq; orationem cantat vt ſupra, niſi quod ſi eſt apud ſedem amplam, nullus cappellanus tenet ante ipſum librum; qm̄ hinc inde canonici ſuſtinent illum, vt pro lectione; & duo cappellani cum candelabus ante faciem eius ſtant, in quorum medio eſt Cerimoniarius. Si autē eſt celebrans apud faldiſtorium, tunc fit, vt ſupra in Tertiarum hora dixi reſpectiue; & dum cantatur à choro, *Benedicamus, Domino*, Prælatus, vel Sacerdos miſſam celebraturus venit ad altare; qui facta Cardinali reuerentia, ſe locat extra aditum preſbyterij, dans locum Cardinali venienti ad confeſſionem faciendam, Cardinalis.n. & non prius deſcēdit; q̄ celebraturum ante ſe præſentem, & reuerentiam facientem viderit: & tunc quaſi ea reuerentia ſit inditium ſuæ vocationis ad confeſſionem, ſic vadit,

altari, omnia paramenta nigra tam altaris, q̄ cele-
brantis, & miniſtrorum, ac librorum, & faldiſtorij.
Canonici non induuntur paramentis, ſicut in alijs
miſſis feſtiuis celebrante Cardinali dictum eſt. Ex
paramentis ſolitis pro Cardinali non habeantur sā
dalia, nec ſotulares, nec chirotecæ; nec mitra pre-
tioſa, nec baculus paſtoralis. Miniſtri vtentur Tuni
cella & dalmatica, & Aſſiſtens pluuialiſuper. abaco
nulla ornamenta pro pompa, ſed tantum quæ ſunt
pro neceſſitate, nec duo bacilia, quæ fontes dicun-
tur, ſed bacile, & buchale (vt vocant) ſimplex: nec
velum pro patena tenenda; ſed apud abacum pan-
nus niger, qui poſt miſſam ante Cardinalem cele-
brantem proſternetur vt infra; & liber orationum,
& aſperſorium, ac thuribulum parabitur. gradus
altaris, ac totum presbyterium nudum erit, exce-
pto ꝙ vnum tapete ſub faldiſtorio, & aliud ſuper
primo gradu ſuppedaneo apud altare poneť. To
tidem tn̄ cappellani, & ſcutiferi, vt ſupra ordinabū
tur. Miſſa erit ſimplex, & mœſta, & abſq; pompa
omnino per celebrantem, & per miniſtros, ac p cho
rum cantanda. Cardinalis non leget aliquos pſal-
mos. ſ. *Quam dilecta &c*, nec poſt eos orationes pſal-
morum; ſed tantum orationes, quæ pertinent ad
paramenta capienda, ab ea oratione incipiendo le-
gere, quæ eſt videlicet; *Exue domine me &c*, vſq; in fi-
nem dimiſſis orationibus pro ſandalijs, & caligis,
ac chirothecis. Canonici nō veniunt ad circulos. Itē
pſalmo finito videlicet, *Iudica me deus*, qui dicit in cōfeſ
ſione,

ſione, non concluditur cum *Gloria patri*, ſed cum, *Requiem æternam*. Et non oſculatur celebrans librum poſt oſculum altaris, nec miniſtri aliquid dantes celebranti in tota miſſa manum eius, aut rem aliquã oſculantur. Altare in principio non incenſatur, nec celebrans, qui dum leget introitum, debet illum ꝓferre in plurali, videlicet *Requiem æternam, dona eis domine*, non autem *Ei*, etiam ſi miſſa ſit particularis pro ſalute vnius animæ tantum, quis oratio fiat in particulari, qñ miſſa eſt pro particulari vt *Abſolue, quæſumus Domine animam famuli tui*, & non, *Famulorum tuorum*. Item ante oratione non dicitur, *Gloria in excelſis*, nec *Pax vobis*, cũ autem dicuntur orationes tam ante epiſtolam, ꝙ poſt communionem, omnes quotquot ſunt miſſæ, pręſentes genuflectunt vsq; ad medium concluſionis vltimæ orationis, præter miniſtros tres, & cappellanum de libro, qui non genuflectunt, & tenor orationum debet eſſe æqualis, & preſſus, ac mœſtus. Poſt epiſtolam Subdiaconus nõ vadit ad oſculum manus. Et ſi diſtribuendę ſunt pręſentibus candelæ, tunc poſt epiſtolam dum cantatur proſa. i. ſequentia diſtribuuntur, quæ accenduntur pro euangelio: & aduerte, ꝙ nunꝙ Cardinali epiſcopo, nec cuicunq; Prælato celebranti pro defunctis, debet offerri facula ſeu candela, in eius manum, ſed ãte eius pedes dimitti. Solus vero Romanus Põtifex manibus proprijs eam capit iuxta. Innocentij .III. doctrinam; cuius hæc ſunt verba videlicet. *Pontifex Romanus poſt oblationem panis, nullam aliam manibus tangit, niſi quæ*

pro defunctis offertur, quam ideo manibus accipit, ut eorum ſugillet errores, qui dogmatizant Eelemoſinas *non ualere defunctis, etc.* ſed hodie nunquam Papa celebrat pro defunctis pontificaliter. Ad Euangelium non petitur benedictio à celebrante, nec illa ante altare dicitur, ſed ſolum dicitur, *Munda cor meum*: nec portatur thuribulum, nec ponitur incenſum; nec miniſtri portant luminaria ad Euangelium; licet vniuerſi circumſtantes, qui habuerunt candelas, accendant eas ad Euangelium: ad quod cantandum miniſtri vadunt ordine præpoſtero, videlicet, Primo Diaconus, tum Subdiaconus, inde cappellani duo. Finito Euangelio non portatur liber ad oſculũ celebrantis; ſed illico clauditur, & remittitur: nec dicitur *Credo*, neq; benedicitur aqua in calicem ponenda, neq; tenetur patena per Subdiaconum. Facto offertorio ponitur incenſum, & incenſantur oblata, & altare, & ſolus Cardinalis celebrans. Finito cantu præfationis; illico omnes genuflectunt, ſic manentes vſq; ad, *Per omnia ſæcula*, ante, *Pax Domini*, Subdiaconus incenſat ſacramentum in eleuatione. *Pax Domini* dicitur, ſed altare non oſculatur, nec pacis oſculum datur; nec oratio illa pro pace legitur, quæ eſt. *Dñe* IESV *Chriſte, qui dixiſti apoſtolis tuis pacem meam &c.* Cum dicitur, *Agnus Dei* non percutitur pectus. Ad orationes poſt communionem genuflectitur, vt prius. In fine non datur benedictio, nec indulgentia aliqua. Finita miſſa Cardinalis celebrans vadit ad faldiſtorium, vbi depoſita planeta, induit pluuiale nigrum, quod habe

bat aſſiſtens eius, & duo miniſtri non ſe exuunt, ſed ſic veſtiti, vt prius miniſtrant vſq; ad finem abſolutionis. Cappellanus aſperſoriũ cum ſuo vaſe aquę & alius thuribulum cum nauicula capit, & extenditur ante gradus altaris pannus niger, & interim per chorum cantatur aliquod reſponſorium, in cuius fine, cum dicitur, *Requiem æternam*, Cardinalis ponit incenſum more ſolito, ſed ſine oſculis; & eo poſito antequàm dicatur *Kyrieeleiſon*, celebrans vadit ad altare, vbi cum à choro dicitur *Kyrieeleiſon*, deponit mitram, & ſtans in cornu epiſtolę, verſa facie ad altare, cantat alte *Pater noſter*, quod proſequitur ſecrete, & lente, quia interim vadit ad medium altaris, & ibi vertit ſe ad pannum nigrum proſtratum, & ſtantibus in vltimo gradu duobus cappellanis ceroferariis cum Cerimoniario inter eos medio, accipiens primo aſperſorium de manu Diaconi aſpergit pannum nigrum in formam crucis: deinde accipiens thuribulum de manu eiuſdem Diaconi, incenſet illud: ſimili modo eiſdem Diacono, & Subdiacono oras ambas pluuialis hinc inde dilatantibus; poſtea reuertitur ad cornu epiſtolæ, vbi ex libro cantat, *Et ne nos inducas, &c.* & alios verſiculos, & orationem miſſæ, pro qua nullus tunc genuflectit; & in fine repetit verſum, *Requiem æternam, &c.* & recepta mitra, reuertitur ad ſe exuendum, & nulli canonici in fine applaudunt, ei, vt in aliis feſtiuis miſſis fieri ſolet.

DE EADEM MISSA PRO DEFVNCTIS, *præſente Cardinali per alium, ſed abſolutione per Cardinalem cantanda, & de ſermone habendo, qualiter, ac quando.* Cap. XXXX.

EADEM in omnibus norma ſeruabitur in eiuſdem miſſę coram Cardinali celebratione, & in altaris, ac miniſtrorum aliorumq; paratu; vt ſupra dictum eſt, vſq; ad abſolutionem, quæ infra dicetur. Cardinalis autē in hac miſſa omnia ſeruabit, quæ in pontificali nouo dicta ſunt: niſi ꝙ ibi omiſſum eſt videlicet, vt ſedes ampla Cardinalis ſit omnino diſcooperta, & nuda, & nulli canonici aſſiſtant. Et ſi ſermo in defuncti laudē habendus eſt, tunc finita de toto miſſa, & nullatenus intra eam, habetur, hoc modo: quia perfecta miſſa, ſermocinaturus veſtibus nigris indutus, non tamen veſte cucullata, & lugubri, ſicut reliqui conſanguinei, niſi eſſet, & ipſe conſanguineus, aut familiaris defuncti, quia ſic veſtitus, non tamen cucullo capiti impoſito, ſed eo tunc ſuper humero dextro, & cauda ſub ſiniſtra, more Prælatorum retractis, vadit ante medium altaris, vbi genuflexus orat; deinde ſurgens, abſq; aliqua benedictionis petitione à celebrante, ſeu à Cardinali, vel ab aliquo, aſcendit, facta prius reuerentia Cardinali in pulpitum panno nigro, ſi placet, coopertum; & facit ſuum ſermonem; pro quo non præmunit ſe aliquo ſigno crucis in pectore; nec diuinam inuocat gratiam; neq; præ-

ſatur Angelicam ſalutationem; ſicut in alijs ſermo-
nibus, qui in laudem Dei intra miſſam fieri ſolent:
vt ſupra dixi, in capitulo, de ſermone intra miſſam
fiendo; nam aliter ſermo in laudem Dei, & aliter in
laudem defuncti fieri debet. Finito hoc ſermone
recitator eius ſimpliciter recedit, quò placet, & ſi
eſt de familia defuncti funebriter veſtitus, reuerti-
tur ad locum ſuum inter alios confamiliares fune-
ſtos, vbi dimiſſa cauda, & recucullato capite ſedet,
& tunc à nullo compellatur, nec laudatur, quod diſer-
te orauerit, etiam ſi diſertiſſime fuerit concionatus.
Interim vero ſi Cardinalis in fine volet abſoluere
poterit hoc modo; quia cum cantabitur à choro re-
ſponſoriũ, ipſe ibit ad altare, & accepto amictu ſo-
lo, & ſtola in formam crucis ante pectus, & pluuia-
le, ac mitra alba, ſtabit verſus ad altare, & poſito in-
cenſo, vt ſupra, cum dicetur *Kyrieeleiſon*, depoſita mi-
tra facit, vt ſupra in omnibus, & per omnia: ſed nul-
lo modo ipſe Cardinalis vadet ad aliquod ſepul-
chrum, vel depoſitum, vel capſam, aut feretrum co-
opertum, vt in libro pontificali dicitur: Nam Car-
dinalis Epiſcopus id non debet, niſi eſſet pro Papa
tunc defuncto, quia illud cum Epiſcopis debet fa-
cere, & non cum canonicis: ſi tamen Epiſcopus nõ
eſſet Cardinalis poſſet cum canonicis pluuialibus
indutis.

DE VESPERIS, ET MATVTINIS PRO *defunctis per Cardinalem celebrandis.* Cap. XLI.

SICVT ſupra de miſſa dixi, veſperas, & matutinas Cardinalis raro, celebret: verum caſu quo placeat omnino celebrare, idem faciat, quo ad paratum omniũ, vt ſupra; niſi q ipſe non erit cappa ſua; ſed pluuiali, vt dixi, in veſperis feſtiuis, reſpectiue tñ cũ amictu, & alijs, ac pluuiali, & mitra alba paratus erit in faldi tio ſedens; cui non aſſiſtent vlli miniſtri parati; nec aſſiſtens Vicarius; ſed ſoli cappellani nouem ſuperpellitijs induti; & reliqua faciet in veſperarum, & matutinarum celebratione; prout in libro pontificali dicitur. Si autem noluerit eſſe paratus, tunc nullo modo inchoet illas, nec officium faciat, ſed dimittat per alium corã ſe fieri, vt ſupra in veſperis dixi.

DE BENEDICTIONE, ET DISTRIBVtione candelarum in die Purificationis per Cardinalem agenda. Cap. XLII.

OFFICIVM, & actus benedictionis, diſtributioniſq; cãdelarum, ac proceſſionis in die Purificationis, non plene explicantur in libro miſſali, nec in Pontificali, maxime qualiter per Cardinalem Epiſcopum cum debitis ſolemnibuſq; cerimoniis fieri debeat; ideo hic annotaui quæ expediũt pro honore Cardinalis, & actus agẽda. & primo candelę pręparantur in aliquali maiore copia quàm alias fieri ſoleat, propter præſentiam Cardinalis, tam circa quantitatem in ſumma, quàm

quàm circa qualitatem in pondere, & in forma, vt & plures ſint candelæ, ac de materia ſinceriore, & cera candidiore, ſi & prout eidem placuerit. Aduertatur tamen, vt nulla candela, quæ in Eccleſia intra rem diuinam diſtribuitur ſit variegata, vel auro diſtincta, preter vnicam pro Reuerendiſſimo D. Cardinali, quā ipſe manu ſua in proceſſione portabit. Si autem ad aliquem extra Eccleſiam, vt ad Legatū, Locumtenentem, Gubernatorem, Vexilliferum, vel alios miſſurus ſit pro munere, Cardinalis illas, vt volet pictas, & auratas benedicere quidem tunc, & demum mittere poterit ad libitum. Item duo cerei ponderis octo librarū, vel circa quilibet, quaſi duo funalia magna præparētur, quæ in proceſſione portabuntur ad latera Cardinalis, vt infra. Item ſi, & prout placuerit Cardinali pro eius liberalitate, & munificētia poterit præparari facere aliquas libras candelarum minorum ex cera communi, vel vt placebit, videlicet de illis, quarum decem integram faciunt libram, & eas poterit per ſuum Vicarium, vel alium dignum canonicum ad populum in medio Eccleſiæ expectantem candelas proijci facere ex alto ſuggeſtu, vbi eſt organum, qui locus ornari pannis aulicis prius poterit; & huiuſmodi piectio fiet, quando iam Cardinalis finiuerit dare candelas ſuas clero, & nobiliori populo intra chorum exiſtenti, ſcilicet interim dum proceſſio parabitur, vt infra. Item preparentur pluuialia, & planetæ, et ſacra paramenta pro canonicis, ac manſionarijs ituris ad

proce-

proceſſionem,& crux ſimplex, quæ clerum dirigat ad proceſſionem:& ille qui crucem portat, ſit paratus in habitu Subdiaconali coloris violacei. Item præparetur menſa alta prope altare tangens ipſum cornu epiſtolæ ſuper gradibus altaris erecta, vbi ſuperponentur candelæ benedicendæ,& aſperſoriũ,& incenſum,& liber benedictionum,& duo bacilia ſiue fontes,cum mica panis,& mantile pro lotione manuum Cardinalis ſolemniter fienda, ſicut ſupra prædixi in miſſa ſolemni,& etiam vnum mantile,ſiue gremiale lineum album,& duo candelabra cum lumine. Item in medio altaris pro Cardinali benedicturo candelas amictus, ſtola violacea,& ſimiliter pluuiale violaceum potius ſimplex, quam preciosum:& mitra ſimplex ex damaſco albo,& annulus pontificalis,& baculus paſtoralis,& nulla alia penitus paramenta. Faldiſtorium etiam eodem colore tectum ad partem conſeruabitur ponendum in tempore ante medium altaris,adhęrens altari,& non alibi. Item duo ſolum canonici aſſiſtentes miniſtri parati,alter in habitu Diaconali,& alter Subdiaconali idest cum planetis violaceis ante pectus replicatis, ac nouem cappellani cum cottis,& duo ſcutiferi nobiliores ex omni familia, non ſeruituri apud abacum, ſed laturi predictos duos cereos magnos honoris,ad latera Cardinalis in proceſſione euntis. Item aliqui deputentur cuſtodes cum baculis muniti,quorum aliqui rectum aditum ad tribunam,& aliqui exitum lateralem ex ea cuſtodiet,

ita vt hi venturos pro candelis, non niſi per rectum aditum admittant, & illi eoſdem, habitis candelis, non niſi per lateralem exitum verſus ſacriſtiam excludant recedentes; alioquin poterit multa confuſio interuenire cum oppreſſione, & indecentia Cardinalis rem diuinam peragentis. Item quando benedictio, & diſtributio prædicta fient, altare deberet habere ſuum palium coloris violaceis; quando vero ibitur ad proceſſionem, poſſet illud remoueri, & album poni pro miſſa, quod præſente Cardinali religioſius eſſet. Et quando officium benedictionis, & diſtributionis fiet, tunc altare erit cum ſex luminaribus paratum, & aliis omnibus ſolemnitatibus, ſicut quādo Cardinalis celebrat miſſam: Dum vero fiet proceſſio, poterit altare parari iuxta conditionem celebraturi miſſam, habito tamen reſpectu ad ſolemnitatem diei, & feſti, ac Cardinalis præſentis. Item ſedes ampla Cardinalis more ſolito ornabitur, in qua ipſam miſſam ſolemnem audiet, ſi volet, vt infra. Igitur omnibus ordinatis, & horis canonicis expeditis Cardinalis in cappa ex camelloto violaceo veniet ad Eccleſiam organis continue, & inceſſanter ſonantibus, vſq; ad principium benedictionis: & facta oratione ibit ad ſuum faldiſtoriū in ſolito loco diſpoſitum, vbi tātiſper ſedebit, quoad omnes miniſtri, & canonici, ac māſionarij ſacris paramētis induti fuerint, ſi alioquin indui volent: quo facto, ipſe ſurget, ac ſpoliatus cappa per ſuos ſcutiferos, induetur per aſſiſtentes canonicos paramentis

mentis ſupradictis, videlicet amictu, ſtola ante pectus in formam crucis tranſuerſa, pluuiali, mitra, & annulo pontificali: deinde ceſſantibus organis, & ſilentio indicto, Cardinalis cum mitra ibit ad altare, ſtans ante illud in medio, depoſita mitra faciet reuerẽtiam cruci more ſolito; deinde ibit ad cornu epiſtolæ; vbi ſtans medius inter miniſtros ſuos, eleuatis ad candelas manibus, & facie aliquantulum ad illas verſa non cantando, ſed competenti, & intelligibili voce legendo incipiet verſum, videlicet, *Adiutorium noſtrum, &c. Dñe exaudi &c. Dñs uobiſcum, Oremus, Dñe ſancte pater, &c.* cum quattuor ſequentibus orationibus, quibus dictis, ipſe Diacono more ſolito nauiculam miniſtrante imponit incenſum, ſed tunc non benedicet: Deinde eodem Diacono aſperſorium porrigente, ipſe prius aſperget candelas ter, in modum crucis, deinde incẽſabit, ſimiliter, poſtea accipiet mitram, & in faldiſtorio ante medium altaris in ſummo gradu repoſito ſedebit. Interim ſacriſta accipit, & tenet candelam Cardinalis paruam cũ panniculo infra alligato, ac etiam dat illos duos magnos cereos vni cappellano; pro quibus demum tenendis vocantur duo ſcutiferi Cardinalis digniores. Et ſic Archidiaconus, vel Archi presbyter, aut dignior canonicus, niſi aliquis canonicus ſit alioquin Prelatus, ſtans ante Cardinalem dat cum oſculis primo illas duas magnas cãdelas; deinde ſucceſſiue illam paruam faculam auratam, aut ſimiliter Cardinali, qui illas ſuis manibus conſignat tenen-

das vſq; ad finem miſſę dictis ſcutiferis, quorum al ter in Euangelii; alter in epiſtolæ cornibus ſtant: par uam vero dat vni ex cappellanis conſeruandam, do nec ipſe vadit ad proceſſionem: quo facto miniſtri dilatant pluuiale ante pectus Cardinalis, & exten‑ dunt vnam mappam, ſiue mantile pro gremiali ſu‑ per genibus Cardinalis, quod duo cappellani hinc inde genuflexi tenent. Candelas omnes per Cardi‑ nalem diſtribuendas canonicus ille, qui aſſiſtit ad ſiniſtrã Cardinali miniſtrat, acceptas à camerario, vel ſyndico Eccleſiæ de abaco placide, & modeſte cum oſculo cuiuslibet candelæ; Alter uero qui aſſi‑ ſtit ad dextram ſuſtinet pluuiale à ſuo latere, & ſin‑ gulos uenientes admonet, & inſtruit quomodo de beant oſculari manum, & candelam. Et ſic incipiũt bini uenire; qui venturi ſunt, videlicet abſente ma‑ giſtratu, primo canonici parati, qui capturi cande‑ las ſe inuicem ex honeſtate inuitare ad prius capiē das illas poſſunt, ſi volunt, & qui Cardinali cande‑ las dedit, ille debet primus oĩum ſimiliter capere reuerenter cũ oſculis manus, & candelæ; qđ ſimili ter alii omnes facere, ſed & genuflectere debent: Ve rumtamen canonici humiliati capiunt illas. Crede rem tamen ſi Archidiaconus, & Archipresbyter, & Vicarius canonicatum ẽt haberent, ipſi, vel eorum alter, qui duas dignitates haberet, etiam duas can‑ delas habere deberet, & ſimiliter ille ex canonicis qui eſt, ſi eſt miſſam celebraturus duas habeat, pro vt etiam reſpectiue Papa cum ſuis Cardinalibus fa‑

cit.

cit. Ordinem autem, quem ſeruare debent venturi ad capiendas candelas dixi ſupra libro primo in capitulo, de loco canonicorum apud Epiſcopum ſuũ &c. & infra proximo capitulo de cineribus, vbi diuerſitas oſtẽditur inter hunc actum, & illum. Cum Cardinalis incipit diſtribuere, ſimiliter, & chorus ipſe incipit, & non prius cantare antiphonam videlicet. *Lumen ad reuelationem, &c.* Quod ſi fortaſſe Locũtenens, aut Gubernator adſit cum magiſtratu, tunc conſideret Cardinalis, an velit Locumtenẽtem, vel Gubernatorem aliquantulum honorare; quod fiet ſi ipſe poſt finitam à ſe benedictionem candelarũ velit ſibi à Locumtenente, vel Gubernatore candelas ſibi conſignari, item an ſtanti, vel ſedenti, & an cum mitra, vel ſine ea; ego autem cenſerem vt Cardinalis ſedens cum bireto; ſed ſine mitra acceptaret à Locumtenente, ſeu Gubernatore Epiſcopo cõſecrato candelas ſuas; & poſtquam ipſe eo modo ſine mitra ſedens Locumtenenti, aut Gubernatori, & etiam Confallonerio, ſeu Vexillifero, & non alteri ſuas dederit, tunc acciperet mitram, & cum mitra cæteris de magiſtratu, & de capitulo diſtribueret: hoc tamen ſeruato, vt oẽs de clero, & populo quiete, & placide pro cãdelis veniẽtes cum genuflexione eas capiant, præter magiſtratum, & canonicos, qui non omnino genuflectunt vſq; ad terram: omnes autem alij genuflexi, capiunt primo cãdelam, tum oſculantur manum, & candelã ipſam. Finita p Cardinalem diſtributione, ipſe illico mãdat, ſi vult,

candelas alias ex ſuggeſtu in medium Eccleſię proiiciat ad populum quas proiicere poteſt Vicarius ipſius Cardinalis, vel ſenior canonicus adiuuante camerario, vel ſyndico Eccleſiæ: quod dum fit, Cardinalis in ſuo faldiſtorio, lauat manus ſolemniter, ſicut quando celebrat miſſam, & tunc accēduntur candelę tres Cardinalis, & omnium aliorum, maxime de clero, & ordinatur proceſſio. Interim Cardinalis lotus, depoſita mitra ſurgit, & remoto faldiſtorio, factaq; reuerentia altari, ſtans in cornu Epiſtolę altè cantat in tono feriali, videlicet, *Oremus*, & miniſter à dextris paratus cantat, *Flectamus genua*, & ſic omnes genuflectunt, & alius miniſter à ſiniſtris cantat, *Leuate*, & ſic omnes ſurgunt: tum Cardinalis proſequitur orationem, in feriali, & æquali tono videlicet, *Exaudi quæſumus Dñe, &c.* qua completa, iterum ſuper faldiſtorio ibidem poſito Cardinalis ſedet cum mitra, & iterum ponit incenſum, vt ſupra. Et ordinata proceſſione, ſurgit medius inter duos ſuos miniſtros paratos ſubleuantes oras hinc inde pluuialis, & vadit tenens manu ſiniſtra candelam ſuam ardentem, & dextra dans benedictionem: cauda pluuialis, ſi opus eſt, i. ſi ea nimis oblonga ſit, poſſet deferri per aliquem nobilem virum, non quidem eccleſiaſticum ſed omnino ſecularem, & quod melius eſſet officialem, vt priorem, Vexilliferum populi, vel alterum ſimilem; prout ſupra dixi in capitulo, de acceſſu Cardinalis ad veſperas. Ante eum immediate quaſi ad latera vadunt duo ſcutiferi portã

tes illos duos cereos ardentes,& omnes alij ſuas cã-
delas ſimiliter accenſas ferunt proprijs manibus:
Ante crucem erit thuriferarius; tum duo cerofera-
rij modicum ante crucem prębunt, vel medium
faciet eum, qui fert crucem; in qua imago crucifixi
ante, non retro reſpiciet; quia ſi Card. Bonoñ. Eps
eſſet Legatus ibidē, aut Patriarcha, tunc imago re-
tro, & non ante reſpiceret. Proceſſio poſſet ire per
vnã nauim Eccleſiæ, & per aliam redire ad chorum
omiſſa maiore naui, quæ eſt in medio Eccleſiæ, &
non exire Eccleſiam: tamen fiat, vt placet iuxta ritũ
Eccleſiæ. Finita proceſſione omnes ingreſſi chorũ
reponunt paramenta, & candelas extinguunt; quas
apud ſe conſeruant accendendas, dum Euangeliũ
cantabitur, vt infra, præter illos duos ſcutiferos te-
nentes duos cereos, qui uſq; ad finem miſſæ eos ſic
ardentes tenẽt ad latera ſedis. Et Cardinalis deniq;
in plano inferiori altaris exuatur paramentis, & in-
duatur cappa; & illico adſit ad eius ſiniſtram cele-
braturus, & inchoetur confeſſio, & miſſa, cuius mi-
niſtri induuntur paramẽtis albis. Et propterea Dia-
conus, & Subdiaconus in miſſa debent eſſe parati
dalmatica, & tunicella, & *Gloria in excelſis,* intonatur in
tono apoſtolorũ; & unica orõ dicitur, & cũ inchoa-
tur Euangeliũ Card. & oẽs alij, qui habuerunt, & ha
bent candelas accendunt, vel accendi faciunt, quas
ſic accenſas manibus proprijs tenent vſq; ad finem
Euangelij, & iterum illas ad eleuationẽ ſacramenti
ſimiliter accendũnt, & poſt eleuationẽ extinguũt.

DE OFFICIO, ET BENEDICTIONE, AC *impoſitione cinerũ in die prima Quadrageſimæ per Cardinalem peragendis.* Cap. XLIII.

In die Cinerum non eſt tanta preſſura populi pro cineribus, ſicut pro candelis habendis; ideo nulli, aut pauciores in ingreſſu, & egreſſu ad tribunam cuſtodes adhibeantur, nec abacus, ſiue menſa aliqua præparetur; nec altare feſtiuiter, ſed ferialiter componatur, ſuper quo tamen cera, erit alba, & in medio eius ponetur vnũ bacile argenteum plenum cineribus factis ex ramis oliuarum anni præteriti combuſtis; & in cornu Euangelii ponentur duo bacilia cum mica panis; et mantilibus duobus pro lotione manuum Cadinalis, vt ſupra. Præparabitur quoq; aſperſorium aquę, & thuribulum cum ſuis requiſitis, & liber benedictionum. Item paramenta eadem pro Cardinali, quæ ſupra in die purificationis, & pro canonicis, & miniſtris Cardinalis omnino, vt in prædicta die purificationis; niſi ꝙ vnus manſionarius Eccleſiæ tenens bacile cum cineribus apud Cardinalem tunicella paratus erit: & demum reliqua omnia parabũtur, quæ ſupradicta ſunt; exceptis his, quæ ad proceſſionem pertinent. Quoniam nulla hodie fit proceſſio. Igitur Cardinalis adueniens facta oratione, & paratus cum omnibus, aliis, qui parandi erunt, vt ſupra; ac habens ante ſe bacile cum cineribus ſuper altari poſitum; ſtanſq; ſine mitra, ſed cum bireto nõ

quidem

quidem cantat, ſed intelligibiliter legit antiphonã videlicet. *Exaudi nos Dñe*, qua cum pſalmo repetita, depoſito bireto proſequitur ſimili voce, *Dñs uobiſcum*, & *Oremus*, & orationes in totum quattuor, quibus finitis ponit incenſum, tum aſpergit, & vltimo adolet incenſo. Interim non accipit mitram, ſed poſito ante medium altaris in ſupremis gradibus faldiſtorio ſedet nudo capite; ad cuius dextrã genuflexus manet continue Cappellanus tenens bacile cum cineribus: & ex uenientibus canonicis primus accedens antequàm cineres capiat, oſculatur proprios digitos, quibus accepturus eſt cineres imponẽdos Cardinali, & ſic capit, & ponit ſuper capite eius dicens. *Memento homo, quia puluis es*, non autem, *Cinis, &c.* quo facto Cardinalis ſedet, & accipit biretum, & mitram, ac gremiale cum linteolo, & ſic dat cineres ſingulis ad ſe venientibus dicens. *Memento homo, &c.* ſed nulli tunc oſculantur manum eius. Si Legatus, vel alius quiuis Cardinalis, aut etiam Archiepiſcopus Rauenñ. adſit, tunc omnes hi ſtantes ſtanti dant.

Quod ſi Gubernator, aut Locumtenens Prælatus adſit cum Magiſtratu, tunc ipſe Gubernator, aut Locumtenens ſtans dat cineres Cardinali Epiſcopo ſedenti, à quo mox ipſe ex magiſtratu ſolus ſtans humiliato capite illos accipit, poſt quem illico canonici Eccleſię cathedralis ſi parati ſunt, vt eſſe debẽt ante reliquum Magiſtratum omnem accipiunt cineres ſtantes humiliati profunde, non autem genu flexi; niſi ibi adſint aliqui Prælati apoſtolici, vt Epiſcopi

nes reliquos Prelatos etiam poſt Abbates, & Pœni-tentiarios paratos accipiunt cineres, & etiam ado-rant crucem poſt eoſdem ordine prædicto, etiam ſi clerus non ſit paratus in Paraſceue: non autem ſic in aliis actibus, ut in candelis, palmis, & oblationi bus, ac incenſationibus, & oſculationibus dãdis, & huiuſmodi aliis actibus. Quamprimum autẽ Car-dinalis incipit dare cineres, tunc, & non prius cho-rus incipit cantare, uidelicet, *Exaudi nos Dñe*, & anti-phonam uidelicet, *Immutemur habitu*. Datis tandem ci-neribus Cardinalis ibidem lauat, ut ſupra, tum ſine mitra ſurgens, & uerſus ad altare ſtans in cornu epi ſtolæ cãtat alte, *Dñs uobiſcum, Oremus, Concede nobis Dñe, etc.* & in fine omnes canonici ſe exuunt, ut ſupra, & ſi-militer Cardinalis exutus ibidem deſcendit ad con feſſionem faciendam pro miſſa, pro qua celebratu-rus debet eſſe paramentis violaceis indutus, & mi-niſtri eius cum planetis ante pectus replicatis. *Glo-ria in excelſis*, non dicitur: Ideo ſi per Prælatum miſſa cantatur, non dicitur ante orationem, *Pax uobis*, ſed *Dñs uobiſcum*. Dicuntur quinq; orationes æquali cãtu .i. feriali, videlicet, Prima, De Die, ſecũda *A cunctis*, ter tia, *Omnipotens ſempiterne Deus, qui uiuorum*: Quarta contra paganos, quinta pro Papa; ad quas per Cardinalem, & per omnes genuflectitur, ſicut in miſſa ꝓ defun-ctis. Item genuflectitur ad verſum: *Adiuua nos Deus*. Item finita præfatione vſq; ad *Per omnia*, ante, *Pax Do mini*. Item ad omnes ſex orationes poſt communio nem, etiam vſq; ad finitam orationem ſupra popu-

HH

lum,&aliàs,ſicut in miſſa pro defunctis: niſi quod canonici veniunt ad circulos, & patena tenetur, & omnes incenſantur poſt offertorium, & pax datur, & Subdiaconus epiſtolam; & Diaconus Euangeliũ cantaturi deponunt planetas, & oſculantur manũ Cardinalis,& Diaconus capit benedictionem à Cardinali,& ipſum poſt Euangelium incenſat libro ex oſculato:& poſt quintam orationem cantatur verſus. *Humiliate capita ueſtra Deo*, & in fine datur benedictio, & indulgentia; quæ in miſſis pro defunctis non fiunt.

DE OFFICIO BENEDICTIONIS, ET DIſtributionis palmarum, ac proceſſionis per Cardinalem, ſed de miſſa coram eo per alium peragendis. Cap. XLIIII.

Qvasi in omnibus officium palmarum cõcordat cum officio candelarum, niſi ꝙ nõ ita feſtiuiter hodie parabitur Tribuna, & altare: nam ſolemnitas hæc per myſteria paſſionis remiſſius agetur. Menſa tamen ſi uidebitur expediens apud altare parabitur pro ſuperponẽdis palmis,& ramis oliuarum,& aliis vtenſilibus pro benedictione prędicta,& duæ palmę,ſeu oliuarum frondes erunt magnæ,& longæ floribus,ac herbis odorantibus, ac ſertis florentibus contextæ, & ornatę,quę portabuntur per duos nobiliores ſcutiferos vt ſupra;& alia palma pulchre concinata, quã Cardinalis manu ſua proferet,Bacilia cum mica panis,

& mappulis pro lotione manuum Cardinalis; alta-
re ferialiter, & poſitiue parabitur; etiam ſi Cardina-
lis ſit celebraturus. Cuſtodes in aditibus ad tribu-
nam deputabuntur ad confuſioné euitandam. Pa-
ramenta pro omnibus canonicis ituris ad proceſ-
ſionem, ſicut in die Purificationis: & ſimiliter para-
menta pro Cardinali eadem, & eiuſdem coloris, vt
ibi, quæ capiet, vt ibi cepit, niſi ꝙ organa ſilebunt.
Omnia autem fient quoad benedictionem, & ante
illam, & poſt illam; ſicut ſupra in Purificatione re-
ſpectiue dictum eſt; præter hoc, ꝙ orationes non
erunt eædem, ſed aliæ: erunt autem in totum octo;
videlicet ſex ante aſperſionem, & incenſationem; ſe
ptima poſt aſperſionem, & incenſationem; quę ſe-
ptem legentur voce intelligibili, & octaua poſt di
ſtributionem omnium palmarum; ſed iſta octaua
cantabitur alte, ac ferialiter. Igitur benedictis pal-
mis, ſiue oliuis, ac Cardinali cum mitra ſedenti, Ar-
chidiaconus, vel Archipresbyter, ſiue prior canoni
corũ dabit ſuas tres palmas, vt ſupra cum oſculis ſo
litis. Primo duas magnas, & aliam paruam eodem
modo, quo ſupra. Et poſtea accepto gremiali Cardi
nalis incipiet diſpenſare, ut ſupra, & tunc cantores
incipiunt cantare antiphonam, *Pueri Hebræorum*, & nõ
prius. Diſpenſatio aũt palmarũ, & ramorũ fiet or-
dine, quo ſupra de candelis dictum eſt: quia diſpen
ſatione finita, lauabit Cardinalis, & dum interim or
dinabitur proceſſio, Cardinalis acceptos manu pro-
pria manipulos, ſiue faſciculos oliuarum benedi-

moniario ductore, ibunt hoc ordine ad oſculũ ma-nus Cardinalis: Primo ille qui Euengeliſtæ perſonã ſuſtinet portãs librum. Secundo qui loco Iudęorũ & aliorum reſpõdet. Tertio qui Chriſtum reprę ſentat; qui ſoli tres oſculata manu Cardinalis nullam benedictionem petẽt; ſed abſolute ibũt ad locum paſſionis cantandæ. i. extra Presbyterium, & nulla-tenus intra illud; directi ad cornu Euangelij altaris, non quidem faciebus, ſed bracchijs dexteris illi ver ſis. Qui Chriſtum reprę ſentat ſtabit in medio; qui Euangeliſtam ad dextram; qui Iudæum ad ſiniſtrã. Cappellani illi tres æquales, & ſimul facie ad faciẽ contra cantores ſtabunt, & qui erit medius tenebit librum, alij duo per vices æquali temporis, & labo-ris ſpatio mutantes ſe ſuſtinent. Dum inchoatur paſſio ſurgent Cardinalis, & omnes detecto capite, & accipientes ſinguli palmas, ſiue ramos oliuarum manibus proprijs ſtabunt ſic vſq; ad finem eius; In qua dicto verſu, videlicet, IESVS *autem clamans uoce magna emiſit ſpiritum*, tunc, & non prius genuflectent omnes per ſpatium vnius, *Pater*; & ſimiliter ipſi can-tores genuflectent: deinde qui pro Euangeliſta eſt continuabit aſtantibus ibidẽ ſemper qui pro Chri ſto, & qui pro Iudęo repreſentãtur vſq; ad finẽ paſ-ſionis: qua finita Cardinalis ſedebit depoſita palma & ſimiliter oẽs ſedebunt, & ſic illico Diaconus Euã-gelii depoſita planeta, vt aliás ibit ad altare cum li-bro; ponet illũ in medio, & vadet ad miniſtrãdã na-uiculam pro incenſo; inde reuerſus ad altare dicet.

Munda

Munda cor meum; & accepto libro petet benedictionẽ à Cardinali ꝓ Euangelio cantãdo, vt aliàs, ad qđ' ibit ſine lumine; quia lux mundi extincta eſt; & primo incenſabit librum, vt aliàs, & cũ incipiet, *Altera aũt die*, ſignabit librũ, & ſe in fronte, ore, & pectore, vt aliàs & oẽs iterũ acceptis palmis ſurgent reuerenter audientes Euangeliũ, quo finito non indicabunť feſtiuitates, vt mos eſt Bonoñ: ſed Cardinalis oſculabitur librum, & incenſabitur, & oĩa alia fient, ſicut in alijs miſſis, niſi ꝙ ſolus ex omnibus dũtaxat Cardinalis, dũ eleuatur ſacramentũ, tenebit palmã ſuã propriis manibus, quod bene notetur, quia myſterium habet. In fine dabitur benedictio, & indulgẽtia publicabiť, & illi duo ſcutiferi cum magnis palmis ante Cardinalem præcedent vſq; ad eius camerам, vbi eas reuerenter cuſtodiendas per totum annum deponent.

DE MATVTINIS TENEBROSIS INTRA *ſanctam hebdomadam præſente Cardinali, & officium faciente.* Cap. XLV.

IN feriis quarta, quinta, ac ſexta maioris hebdomadę, quæ ſancta dicitur, tenebre ſiue matutinæ tenebroſæ hoc modo peraguntur. Primo quidem nulla tapetia, & nulli apparatus fiunt in tota tribuna, & triangulare candelabrum ſolitum paratur intra presbyterium ante altare cũ cãdelis quindecim ex cera cõmuni vnciarũ decem

decem,aut libræ vnius quælibet;quæ quotidie,diebus his tribus nouæ,& integræ apponuntur. Item ibi prope præparatur vna arundo , ſiue virga cum ſpongia humefacta, vel alio modo pro extinguendis candelis quindecim,vt dum extinguuntur non moueantur de candelabro. Super altari ſex candelabra omnino,& non pauciora cum totidem candelis ſimilibus;quæ ſimiliter non remouentur de ſuis candelabris dum extinguuntur,vt infra. Sedes ampla Cardinalis in iſtis diebus tenebrarum ſit ſimiliter nuda cum vno tantum puluino violaceo parata ſi placet,vt infra. Super altari ſit ſua crux ſolita. Cardinalis ingrediens chorum, non ſinit ſibi caudam cappæ deferri,vt alias, quæ etiam eſſe debet ex panno,& non zambellotto,violacei coloris, ſed cauda ante locum orationis fiendæ dimiſſa, procedit ad altaris gradus nudos, vbi oratione facta longiore ſolito,vadit trahens caudam per terram ad ſeſſionẽ paratam,vbi non habet ante ſe librum aliquem. Et ſciat Cardinalis ꝗ iſtis tribus diebus non conuenit ante ſe clauas argenteas habere, quæ pro dignitate Cardinaliũ ante ipſos ſolent ſemp deferri. Quinimmo ipſe Cardinalis ſi humilius agere volet, non vtiq; ad ſuam ſedem amplam,ſed ad cancellos, ſiue ſtalla canonicorum conuenientius iret, atq; ſimiliter ibi conuenientius cum ipſis ſederet in illorum cancellis,cum nullo tapete;ſed omnino humiliter, ac mœſto potius vultu, quàm hilari: quo caſu candelabrum triangulare cum candelis quindecim,

non

non ante medium altaris, ſed ante cornu epiſtolæ eiuſdem altaris locabitur: ſi autem ipſe in ſede ampla ſedebit ſolita, tunc candelabrum ante medium altaris locabitur, & nulli tunc canonici aſſiſtunt, niſi cappellani ſui, & ipſi quidem ſine cottis. Poſtquã pauliſper quieuerit Cardinalis ſurgit ſurgentibus omnibus, & detecto capite dicit, verſus ad altare, tacite totum *Pater noſter,* quo toto tacite completo, primo tegit caput, & ſic remanet tectus, & rectus. Chorus autem hoc viſo incipit antiphonam videlicet, *Zelus domus tuæ, &c.* Ipſi canonici intimatas eis antiphonas more ſolito cantant, quorum ſenior ille, qui eſt apud Cardinalem in choro (etiam ſi Archidiaconus ſit) incipit, etiã ſi ordo chori eſſet, vt tunc ab alia parte inchoari deberet. Et vno ex ipſis tunc ſurgente, ſurgunt omnes, nõ tamen Cardinalis Epiſcopus, & primo inchoante, reliqui omnes hinc inde ſimiliter cantare ſuas antiphonas debent, ſine alicuius intermiſſione, & nullius excuſatione admiſſa præſente Cardinali. Itaq; cantata per chorũ antiphona prima ſecundi nocturni, & incepto pſalmo Cardinalis ſedet, & ſimiliter canonici, & alii omnes ſedent. Finito qualibet pſalmo Cerimoniarius vel aliquis cappellanus factis reuerentiis vadit ad candelabrum triangulare, & extinguit unam ex quindecim candelis, non auferendo candelam de candelabro, ſed arundine, & ſpongia humecta admota, vel alia ſimili materia; extinguit placide, tamen incipiendo à parte lateris Euangelii directe;

deinde ab altera, & ſic alternatim. Finita antipho- na tertij pſalmi in quolibet nocturno, cum dicitur reſponſorium verſiculi; Cardinalis ſurgit, ſurgen- tibus omnibus, qui eo finito detegit caput, & ſub ſilentio, vt prius dicit totum *Pater noſter*: tum in fi- ne caput tegens, ſedet, ſedentibus omnibus, præter cantores, qui cātant lamentationes; & hi antequàm incipiant, & poſtquam finierint cantum, debent fa cere reuerentiam altari, & Cardinali, & ſemper de- bent, ſi poſſunt tamen, eſſe capite nudo, dū cantant ipſas lamentationes, pro quibus pulpitum, ſiue le- gile poni debet in veſtibulo, ideſt, ante presbyte- rium altaris, vt ſupra in capitulo de pulpiti poſitio- ne dixi, etiam ſi Cardinalis ſedeat in ſtallo apud ca- nonicos. Lectiones ſecundi, & tertij nocturni ibi- dem cantant canonici iuniores, incipiente eo iu- niore, qui eſt in parte Cardinalis, & deinde alio in alia parte, & ſic alternatim vſq; ad finē abſq; vllius intermiſſione, vt ſupra de antiphonis dictum eſt; & incipiunt ex loco ſuo diſcedere ituri ad legile pro lectionibus cantandis, quando incipit repeti anti- phona poſt pſalmum tertium; tunc .n. vocante per nutum Cerimoniario, vadunt ad legile, & eis tunc ſurgentibus, nulli ex canonicis aſſurgunt, & cū di- ſcedunt ex choro, non tranſeunt ante Cardinalem, ſi ibi eſt cum canonicis, ſed ſine reuerentia eius tūc procedunt deſcendentes per longum chori in me- dio cancellorum; & ibi reuoluti ad Cardinalem fa- ciunt reuerentiam; tum peruenientes ad legile fa-

ciunt reuerentiam altari; & ibi nudo capite ſtant, ſtante poſt eos cōtinue Cerimoniario, quaſi ad ſiniſtram ipſorum, vt interim voluat folia, & cuſtodiat lumen ſi opus eſt. Finita lectione faciunt reuerentiam altari, & Cardinali, deinde ad locum ſuum reuertuntur, vbi à canonicis omnibus aſſurgentibus, recipiuntur more ſolito, ſine tamen riſu, aut plauſu aliquo in omnibus his officiis tenebroſis: & idem fit in ſecundo, & tertio nocturno. Inceptis laudibus Cardinalis non ſurgit, nec aliquis, ſed ſic manet ſedens, ſedentibus omnibus vſq; ad pſalmum, *Benedictus*, quo inchoato, ſurgens detecto capite, facienſq; ſibi ſignum crucis à facie ad pectus, ſtat verſa facie ad altare. Et interim remanente vnica candela ſuper candelabro triangulari Cerimoniarius obſeruat ſingulos verſiculos ipſius pſalmi *Benedictus* dum à choro cantantur: cum.n. cantatur ſextus verſiculus videlicet, *Iuſiurandum, &c.* Cerimoniarius vadit ad altare cum prædicta arundine, & deinde pro vnoquoq; verſiculo, qui ſunt remanētes ſex, vnam de ipſis ſex candelis altaris extinguit cum prædicto inſtrumento, ita vt finito vltimo verſiculo, ſint omnes ſex illę candelæ pariter extinctæ, incipiens ab illis tribus candelis, quæ ſunt verſæ ad cornu Euangelii .i. in dextra manu crucis, & deinde aliæ tres. Interim dum repetitur antiphona poſt *Benedictus*, Cerimoniarius candelam illa vnicam ex triangulari candelabro, aliquo cappellano, ſi opus eſt, adiuuante realiter aufert, & illam ſic ſemper ardentem

tem eleuata manu ſuſtinet genuflexus ſuper cornu epiſtolæ altaris, donec finiatur pſalmus, *Miſerere mei Deus.* Itaq; antiphona repetita, Cardinalis, & omnes genuflectunt in locis ſuis pro verſiculo cantando, videlicet, *Chriſtus factus eſt pro nobis obediens &c.* deinde dicitur à choro ſub ſilẽtio totum, *Pater noſter*, & poſtea alta voce, non tamen ſub cantu dicitur pſalmus, *Miſerere mei Deus*: quo incepto, & non prius Cerimoniarius candelã illam vnicam ardentem ſub altari occultat. Interim ſi Cardinalis vult habere ante ſe librum, pro oratione in tempore dicenda habeat illum. Finito pſalmo Cardinalis genuflexus perſiſtens capite potius inclinato, quàm eleuato, & voce mœſta, potiuſquàm ſonora, alioquin intelligibili, orationem memoriter pronuntiat, vel ſi ex libro legit, quaſi occulte legit, videlicet, *Reſpice quæſumus etc,* vſq; ad *Qui tecum*, excluſiue, quod ſecrete complet. Et finita oratione Cerimoniarius adiuuãtibus quatuor, aut ſex cappellanis incipit, & non prius, manibus ſuper altaris ſcabello pulſare, fragorem faciẽs: reliqui omnes tunc ſimiliter facientes adiuuant Cerimoniarium, ſed vnica vice tantũ fit fragor ille, qui durat per ſpatium vnius, *Pater noſter*, & non amplius: Nam Cerimoniarius inchoans fragorem ſimul, & cum eo omnis populus dicit *Pater noſter*, ſub ſilentio, in fine cuius Cerimoniarius candelam accenſam profert, qua viſa omnes ceſſant à fragore, & ſtrepitu. In fine tenebrarum non datur benedictio, nec indulgentia, nec dicitur, *Fidelium animæ, &c.* ſed Cardi-

nalis trahens caudam per terram, & ſine clauigero, & ſine plauſu ſalutantium aliquo, reuertitur, vt venerat. Quæ omnia ſeruantur in aliis tenebris: niſi q̃ altare nudum erit, & tota tribuna poſitiua, atq; ſimplex.

DE MISSA PER SVFFRAGANEVM, SED *de proceſſione pro ſacramento per Cardinalem reponenda in Cœna Domini. Cap. XLVI.*

MENTIONE de Criſmatis, & olei conſecratione, ac pedum pauperum duodecim ablutione dimiſſa, quæ fieri debet feria quinta ſanctę hebdomadæ, quæ cœna Dñi dicitur; quorum alterum conuenientius per Suffraganeum, alterum per Legatum, ſeu Gubernatorem, aut Locumtenẽtem in Eccleſia Sancti Petronii fieri ſolet, alioquin iuxta formam in moderno Pontificali libro traditam: hic conſequenter attingam, quæ ad miſſam hodiernam; ſed principaliter quæ ad proceſſionem pertinent pro repoſitione ſacramenti per Cardinalem ſolemniter agenda. Et quidem primo cappella aliqua in corpore Eccleſię, quàm ſolemnius poterit ornabitur pro repoſitione ſacramenti, pro quo ſolemniter cuſtodiendo eſſe poterunt aliqui cuſtodes idonei pro forma, ac reuerentia adhiberi, & altare ibi ornabitur cum capſula ſuper eo pro incluſione ſacramenti. Item præparabitur vmbraculum, ſiue ſolitum Baldachinum

vt

vt vocant, & pręmonebuntur ſex, vel octo manſio-narij ex dignioribus, & ſenioribus Eccleſię, vt finita miſſa induant planetas ſolas ſine amictu, ſuper cottis, quia hodie ſic, ſed cras in cottis debent portare baldachinum ſupra ſacramentum, ſoli ipſi de clero, & non aliqui de populo, ét ſi Magiſtratus adeſſet; qui vellet illud ferre, & funalia quot placet ad minus decem, vel xij ex alba cera; quę portabũtur per cappellanos Cardinalis cottis veſtitos. Item canonici omnes parati erunt pluuialibus, vt ſupra in veſperis ſolemnibus: & ipſi omnes tam canonici, quã manſionarii ſinguli ſingulas faculas, ſiue candelas manibus proprijs accenſas ferent; præter illos, qui ferunt baldachinum. Item thuribula duo; & nauicula vna. Item calix vnus maior, & pulchrior omnibus; præter illum de miſſa; & vnum paruum velũ pro calice, & aliud magnum velũ pro ſpatulis Cardinalis portaturi ſacramentum cum aliquibus acubus retẽturis velum, ne decidat ex ſpatulis eius. Itẽ duæ hoſtiæ conſecrandæ. Itẽ cappellani nouẽ Cardinalis cottas præparabunt, vt in fine miſſę omnes ſint induti ſicut ipſo celebrante ſolẽt, excepto Aſſiſtente; qui hodie non debet paratus adeſſe. Miſſa vero ſic peragetur. Primo. n. finito pſalmo, *Iudica me*, dicetur, *Gloria patri, &c.* Et ſimiliter in introitu dicetur, *Gloria patri, &c.* quia, *Gloria in excelſis*, dicitur; quod ante paucos annos non ſeruabatur, Incenſum ponitur bis in tota miſſa, incenſatur altare, vt aliàs & ſi celebrans eſt Prælatus incenſabitur ipſe, &

dicet,

dicet, *Pax uobis*, ante orationem, & dicet *Credo*, ac *Pax Dñi,&c.* ſed non oſculatur altare tunc, nec datur oſculũ pacis poſt *Agnus Dei*, quia hac die Iudas oſculo tradidit Dñm IESVM, ſed omnes orationes dicit,& fit miſſa ordine ſolito. Paulo vero ante communionem Cerimoniarius portat ex abaco ad altare calicem vacuum ſupradictum cum magno velo. Facta communione de vtraq; ſpecie, priuſquàm celebrans ſe purificet, reponit ſacramentum intra cõcauum calicis vltimo portati, & non ſuper patena, & calicem cooperit primo palla, deinde patena, quibus in miſſa vſus eſt, & iſta paruo velo Diaconus tegit; Deinde celebrans ſine mitra extra cornu epiſtolæ verſa facie ad populum ſic lauat, vt nõ renes, ſed bracchium dextrum ſacramento lauans vertat; & eundo, & redeũdo ad altare, ſemper vſq; ad terram genuflectit ante ſacramentum. Aduertat tamen, vt dum ſe ad populum vertit dicturus, *Dñs uobiſcum*, non in medio ſe vertat ante Sacramentum; ne aut illi renes conuertat; aut proſpectum populi impediat. In fine miſſæ dicitur, *Ite miſſa eſt*, & etiam datur benedictio ſolemnis per Cardinalem, ſed nequaq̃ publicatur indulgentia, quia repoſito ſacramento publicabitur in loco ſacramenti, vt infra. Celebrans dicturus Euangelium, videlicet, *In principio erat uerbum*, non ſignat altare, vt aliás, & ad partem exuitur omnibus paramentis, & interim quiete præparantur omnia pro proceſſione, & accenduntur funalia, quę dantur cappellanis Cardinalis, & canonici capiunt

ſolita paramenta,& duo miniſtri tunicellam, & dal maticam; qui omnes, & ſinguli ſingulas manibus proprijs accenſas habentes candelas parati veniũt ad altare,vbi primo genuflectunt; deinde bipartiti,ſiue in duabus alis ſtantes,ibidem expectãt,quoad Cardinalis apud ſedem ſuam ceperit amictum, ſtolam albi coloris, & pluuiale album pretioſum: tum cum bireto,ſed ſine mitra, ſtans ponit incenſũ in duo thuribula abſq; benedictione incenſi, quoniam nunquam incẽſum benedici debet, cum quo ſacramentum incenſandum eſt, & ipſa duo thuribula duo cappellani tenent, & ſic vadit ad altare more ſolito;vbi nudo capite orat genuflexus ſuper puluino:tum accepto vnico thuribulo incenſat genuflexus ſacramentum, ter thuribulum ducens. Poſtea ei genuflexo ponitur per miniſtros ad ſpatulas velũ ſupradictũ, qđ aliquibus acubus firmatur: Tum per eoſdem miniſtros canonicos paratos ſtantes offertur eidem adhuc genuflexo ſacramentum ſine reuerentia Cardinalis, & ſine oſculo manus eiuſdem:quo oblato ipſi miniſtri genuflectũt, & Cardinalis ſurgit,& illico chorus cantat hymnũ videlicet,*Pangue lingua,&c.* Miniſtri duo hinc inde parati eleuãt oras anteriores pluuialis, & vnus cappellanus eleuat fimbrias veſtis anterioris; ET Prior Vexilliferorum populi, vel aliquis ex omnibus magis excellens, & magnificus, dummodo laicus portat caudã Cardinalis,qui vadit deuote quidem, ſed nihil dicendo ſub baldachino, quod, vt dixi, man

ſionarii parati deferunt. Clerus autem omnis cum candelis in manibus vadit cantando hymnum prę dictum. Cum vero Cardinalis fuerit ante locum repoſitionis ſacraméti baldachinum extra locum retinetur, quod clerici exportant; & illico cantores genuflexi cantum pientiſſimum inchoant videlicet, O' *ſalutaris Hoſtia*, vel *Verbum caro factum eſt*, vel *Tantum ergo ſacramentum*, aut ſicut volent, continuantes donec ſacramentum, fuerit per Cardinalem incenſatum. Igitur applicante Cardinale ad altare miniſter paratus genuflexus adiuuanre ſocio genuflexo, ſacramentum de manibus Cardinalis ſtantis recipit, ſine oſculo, vt ſupra. Et illis ſurgentibus, Cardinalis modicum retrocedens, ponit ſtando incenſum more ſolito in vno thuribulo; cum quo rurſus ipſe genuflexus, vt prius incenſat: quo facto Cardinalis ſolus aſcendit ante altare in medio eius, & eo in genuflexione oſculato, ſine mitra ſtãs verſus ad ſacramẽtum, ſine baculo cãtat benedictionem ſolemnem, omnibus genuflexis, dicens, *Sit nomen Dñi, etc.* & demũ priuſquàm ſe ad populum vertat cedit modicum ad partem, verſus cornu epiſtolæ ne renes directe vertat ad ſacramentum, dum ſe vertet, & ſic verſus ad populum accepto baculo paſtorale, benedicit more ſolito manu, non ſacramento, & in fine Diaconus ſtans extra cornu epiſtolæ publicat indulgentiam centum dierum, vel quantum placet, vt ſupra De indulgentia dictum fuit. Et ſic in fine Cardinalis ſimpliciter ſine vmbraculo reuertitur cum mi-

tra, tamen extra locum ſacramenti recepta; & vadit ad ſacriſtiam, vel ad altare, ubi exuitur per eoſdem miniſtros. Cum primum uero Cardinalis ab altari receſſerit, ſi placet, uocatis ad ſe duobus, uel tribus aut quatuor cuſtodibus quos dixi, iubet cuſtodiri corpus IESV. Illi autem præſto latera altaris hinc inde circumſtantes cuſtodiunt corpus IESV, uſq; ad officium craſtinum, deuote, & reuerēter pro honore ſancti ſacramenti.

DE OFFICIO PARASCEVE CORAM *Cardinali agendo.* *Cap.* XLVII.

HOC officium cum ſuis cerimoniis ſatis, ac ſaltem poſitiue liquet ex libro miſſali: verum non ab re eſſe videbitur, ſi aliquid, uel leuiter attingatur: & quidem tota tribuna nuda ſit, & altare à principio, ac ſedes ampla Epiſcopi Cardinalis, & faldiſtorium Prælati celebrantis nudum ſit: abacus quoq; in promptu, non tamen plene ornatus vna tantum mappa ſuperpoſita à nulla parte pendente cum duobus candelabris extincto lumine. Similiter, & ſuper altari candelabra lumine extincto, & cera prædicta communis, ſicut in miſſa pro defunctis. Paramenta celebrantis nigra, & miniſtri cum planetis plicatis nigris. Et ſi celebrans ſit Prælatus, non legit pſalmos paramentorum; nec accipit ſandalia, nec calceos ſacros, neq; chirothecas, tamquam ſi celebret pro defunctis, vt ſupra. Præpa

parcetur vnum uas argenteum, ſeu bacile pro oblatione recipienda. Item magnum tapete extendendum in tempore, & magnus puluinus auratus pro cruce deſuper ſternenda, & velum album loco ſyndonis mundæ ſuper puluinari. Item aliud miſſale præter ordinarium: ſcabellum rubeum nudum pro genuflexione Cardinalis ante altare: Item velum crucis diſcooperiendę ſic componatur diſſolutile, ut faciliter diſcooperiri crux, & diſſolui uelum crucis poſſit per celebrantem, vt infra: Ordinantur quatuor cantores, vt in tempore adſint apud altare dum cantabitur verſus, *Ecce lignum crucis*, ut infra. Item aliquis manſionarius in cotta ſit diſpoſitus pro prima prophetia cantãda, & Subdiaconus miſſæ paratus cantabit ſecundam, depoſita planeta. Item cantaturi paſſionẽ ſint induti omnes, ut Dominica præterita, ſed hodie ſtolis nigris. Omnibus paratis Cardinalis eodem modo, quo ad matutinas tenebroſas ueniens, aſſiſtentibus tamen duobus canonicis ſuper ſcabello; quaſi vltra ſpatium vnius *Miſerere*, & cum eo, nõ ſub eo ad ſiniſtram, Prælatus celebrans ſimul orat genuflexus ſuper nudo gradu. Oratione autem facta, quiſq; vadit ad locum ſuum: & interim dum Cardinalis ſedem ſuam aſcendit, extenditur per Cerimoniarium, & ſacriſtam mappa ſuper altari, quæ pendeat per palmum ab illo, & non uſq; ad terram. Duo canonici aſſiſtunt ſedentes, vt alias & Cardinalis habet librũ ante ſe, ex quo leget quicquid per chorum cantabitur, & non aliud, & fit offi

 cium,

ciūm, ut in miſſali, in quo officio Cardinalis nulli det benedictionem; & nulli porrigat manum oſculandam; neq; aliquis oſculatur id, quod ei daturus eſt hodie. *Paſſio* cantatur, vt ſupra: niſi q̄ non itur ad oſculum manus; ad partem quæ legitur in tono Euangelij non portantur luminaria, nec incenſum, & Diaconus ante altare dicit quidem, *Munda cor meū*, ſed non petit benedictionem à Cardinali nec in fine Cardinalis oſculatur textum. Orationes poſt paſſionem cantātur apud altare in cornu epiſtolæ, etiam ſi celebrans ſit Prælatus ſub ſuo cantu particulari. Ad orationem pro Iudęis, non reſpondetur *Amen*; quia hodie Iudęi IESVM ſubſannantes illuſerunt: & ea incepta extenditur per cappellanos magnum tapete, & puluinar, ac pulchrum velum; quæ prædixi paranda; ſuper quo crux adorāda ſternetur. Finitis orationibus celebrans vadit ad faldiſtorium vbi deponit planetam ſolam, & reuertit ad cornu poſterius epiſtolæ, ita vt quaſi ſit collateralis candelabris ſuper altari locatis. Interim Diaconus ſolus accipit de altari crucem velatam, ſic cū velo diſſolutili compoſitam, & celebrans poſſit abſolute crucem diſcooperire. Itaq; Diaconus crucē nulli reuerentiam faciens portat ad celebrantem ſine oſculo manus eius; qui eam in ſiniſtra reuerēter accipiens primo detegit dextram eius ſummitatē, vſq; ad trāſuerſum crucis: Tum ambabus manibus eleuat eam, vſq; ad ſuos oculos, cantans ex libro, quem cappellanus aſſiſtens tenet ad ſiniſtram eius,

videlicet, *Ecce lignum Crucis*, & non vltra, cui cappellani quattuor quos prædixi reſpondent ex libro alio ſuper faldiſtorio celebrantis poſito cantantes, v3. *In quo ſalus mundi pependit*, & nō vltra; chorus autem proſequitur videlicet, *Venite adoremus*; ad quę duo verba, videlicet *Venite adoremus*; dum cantantur Cardinalis, & omnes genuflectunt, excepto celebrante, & Aſſiſtente ſuo, ſiue cappellano; qui librū tenet; & mox omnes ſurgunt: Deinde celebrans venit ad angulū altaris ante anterius cornu epiſtolę verſa facie, vt ſupra, vbi detegit caput, & bracchium crucifixi dextrum; & mox eleuata cruce ambabus manibus vt ſupra cantat, ſed altius, cui cappellani reſpondent vt prius; & ſimiliter chorus, vt ſupra, & Cardinalis, & omnes vt ante genuflectunt: tertio celebrans in medio altaris, renibus illi verſis, diſcooperta tota cruce, & eleuata idem faciens, vt ſupra cātat, ſed altius, & idem omnes alii faciunt: poſtea celebrans abſq; Cardinalis reuerentia ſolus portat, & locat crucem ſuper puluino, adiuuante ſolo Cerimoniario; & deinde facta Cardinali reuerentia, ipſe reuertitur ad ſuū faldiſtorium; ubi exuit ſotulares, & calceos cōmunes, & tunc etiam ponitur bacile in terra ad ſiniſtram crucis pro oblatione recipienda. Interim Cardinalis accedētibus quattuor ſuis cappellanis, qui ſuſtinent oras veſtis, excalciat per camerarios duos ſubeuntes cappam: Et ſi forte Cardinalis podagroſus, aut pedibus patiens ſit, ita vt commode calceos deponere non poſſit; tunc omnino ipſi cappellani oras

oras ſuſtineant,& camerarii excalciare pro exem-plo aliorum ſimulent: Quo facto Cardinalis capite nudo,trahens caudam per terram,ſolis duobus aſſiſtentibus ſequētibus vadit ad adorationem crucis, choro tunc,& non prius inchoante improperium, & ter ſuper tapete; ſiue puluino ſi ſit podagroſus, vel debilis, æquali diſtantia genuflectit; & in fine aliquo cappellano nūmos porrigente,offert quantum placet,communiter tamen ſolet offerri numerus trigenarius nummorum argēteorum nouorū, ſiue etiam aureorum,aut mixtim iuxta voluntatem & facultatem,ac deuotionem Cardinalis,vel cuiuſuis offerentis: & deinde vadit ad ſedem ſuam, vbi calciatus,legit ſedens improperiū, & quidquid per chorum cantatur. Poſt Cardinalem adorat immediate celebrans;etiam ſi ſit Prælatus,& tunc depoſi-planetã medius inter duos primos canonicos de choro, exceptis tamen illis duobus canonicis aſſiſtentibus,qui adorant in ordine eis congruo, & deinde alij canonici ſuo ordine bini: miniſtri, ſi non ſunt canonici in habitu, & ordine ſuo adorant. Si Gubernator,vel Locumtenens aderit Prȩlatus,cum magiſtratu;hoc ordine omnes ibunt:Quia poſt Prȩlatum celebrantem ibit ſolus Gubernator, vel Locumtenens Prælatus: Tum ſi qui ſunt Epiſcopi nō canonici;deinde canonici omnes, licet non ſint parati;ex quibus primi ibunt ſeniores; Tum magiſtratus,& Oratores cum eo: Poſt Antianos,illico ſequētur manſionarij,etiam nō parati,& poſt eos Prothonotarij,

notarij, & Abbates, quos ſequentur Quadraginta Conſiliarij, vel Confallonerij plebis ordine ipſorũ ſolito, deniq; reliqui omnes vſq; ad vnum de clero cottis induti: Et ſic etiam iſta die, & in iſto actu talis fit diſtinctio, & cleri honoratio ſupra populum, vt ſupra in cineribus, & in capitulo de loco canonicorum euntium, &c. dixi. Circa finem adorationis accenduntur candelæ altaris, & tribunæ, ac abaci, & eodem cõtextu Diaconus offert ſuper altari burſam cum corporalibus more ſolito, & pręparantur funalia accendenda, quæ dantur cappellanis ſupra dictis, & vmbraculum pro reportando ſacramento, & duo candelabra cum luminibus ante crucem, & thuribula duo, & deinde finita totali adoratione, idem Diaconus nulli inter eundum faciens reuerẽtiam portat, & locat crucem ſuper altari, qua locata facit reuerentiam Cardinali ſolitam: Deinde locata & compoſita cruce, & non prius pro ſacramento re portando proceſſionaliter itur: & canonici omnes ſunt ſine paramentis; & illi manſionarii, qui portãt vmbraculũ, exceptis duobus miniſtris celebrantis. Cardinalis etiam non capit aliqua paramenta ſacra ſed cum ſua cappa procedit, habens cucullum in capite in eundo: eius vero caudam eundo, & redeundo portat cappellanus caudatarius eius ſolitus cotta indutus. Et in hoc actu, & caſu canonici non ſequũtur, ſed antecedunt Cardinalem nõ habentem mitram; quia proceſſionaliter itur. Suffraganeus celebrãs remanet apud altare cum duobus cappellanis,

lanis, non autem cum miniſtris paratis, quia ipſi debent ex ſacello capere, offerre, & miniſtrare ſacramentum Cardinali reportaturo illud ad altare. Sed ſi ipſe celebrans non eſt Prælatus, tunc ipſe celebrans non Prelatus ire debet ante Cardinalem cum aliis, medius inter ſuos miniſtros. Cum Cardinalis eſt ante cappellam ſacraměti, priuſquàm ingrediatur detegit caput, deinde cauda demiſſa ingrediens primò genuflectit ſine oratione, mox procedit ad altare, vbi facit orationem cum omni humilitate; tum retrocedens, & ſtans, ponit incenſum in duo thuribula; & interim aperitur capſa ſacramenti per ſacriſtam Cardinalis: rurſum genuflexus cum vno thuribulo incenſat ſacramentum adhuc in capſa aperta incluſum: quo facto Cardinali genuflexo, conſuitur cucullum cappæ duabus acubus, ne cadat ex ſpatulis, & velo ſuper ſpatulis extenſo ſacramentum eidem offertur, vt heri per Diaconum, niſi adſit celebrans non Prælatus; quia ipſe celebrans non Prælatus miniſtrat, & offert illud Cardinali, & reditur proceſſionaliter eodem modo in omnibus, & per omnia ſicut heri; & tunc cantores incipiunt hymnum, videlicet, *Vexilla regis prodeunt, &c.* Cardinalis portat ſacramentum ſub vmbraculo delato per manſionarios ſolis cottis, & ſine planetis indutos: cum peruentum eſt ad aditum, ſiue antemurale altaris, vbi fit officium, remouetur inde vmbraculum, & celebrans quiſquis eſt genuflexus ſuper ſecundo gradu, recipit ſacraměntum de manu Cardinalis

ſtantis

ſtantis,& illud reuerenter ponit ſuper altari. Cardi-nalis dato ſacramento paulum retrocedit ſaltem facie,& non prius genuflectit,quàm poſuerit incẽ-ſum in thuribulo vno ad partem,& non in conſpe-ctu ſacramenti. Poſt hæc depoſitum ſacramen-tum non tamen velo coopertum,Cardinalis in pri-mo gradu genuflexus incenſat, Tum depoſito ve-lo ab humeris Cardinalis, quod ſupra ſacramentũ ponitur,ipſe Cardinalis ſurgit,& reuertitur ad ſedẽ ſuam,vbi illico Cerimoniario cum thuribulo,& na-uicula aſtante ſtans more ſolito ponit incenſum,ca-pite ſemitecto : deinde detecto capite genuflexus ſic manet vſq; ad communionem perfectam, quo tempore funalia illa decem, vel duodecim, ſemper accenſa ibi reſtant vſq; poſt communionem,quæ cappellani hinc inde genuflexi tenent,verſis ad in-uicem faciebus. *Miſſa.*

¶ Cum autem ſacramentum ſuper altare poſitum fuerit,& Cardinalis in ſede ſua quieuerit,& non pri us,celebrans extrahit ipſum de calice, & ponit ſu-per patenã quam Diaconus nihil dicẽs, & ſine oſcu lo offert celebranti,qui illud ſuper corporali ponit nihil dicens. Diaconus autẽ ponit vinum, & aquã in eodem calice ſine benedictione,nihil dicens,de inde offert calicem celebranti, qui illum ponit ſu-per altari,vt alias,ſimiliter nihil dicens, & palla te-gitur; tum incenſat illud, & altare dicens verſicu-los omnes ſolitos, non tamen incenſatur ipſe cele-brans,neq; Cardinalis,ſed incenſato ſolo altari, ce-

lebrans

lebrans extra cornu epiſtolæ ſtans, vt heri, ſine mi-
tra lauat: deinde ad medium altaris, cum genufle-
xione reuerſus dicit inclinatus ſummiſſa, & intelli-
gibili uoce, v3. *In ſpiritu humilitatis &c.* Deinde verſus ad
populum dicit, *Orate pro me fratres &c*, more ſolito: de-
inde omiſſis omnibus aliis abſolute dicit in cantu
feriali, v3, *Oremus præceptis ſalutaribus moniti, &c.* vſq; ad fi-
nitum *Pater noſter*, pro quo chorus in fine reſpondet,
Sed libera nos à malo. Deinde vero celebrans: poſtq̃ reſpõ
derit ſecrete, *Amen*, proſequitur orationem in tono,
quo cantãtur orationes feriales abſolute, videlicet,
Libera nos quæſumus Dñe, &c. vſq; ad *Amen*, excluſiue, qđ
chorus alte reſpondet. Quo dicto celebrans, facta
prius vſq; ad terram reuerentia: ſacramentum dex-
tra accipit, quod eleuat ſola dextra altius ſolito: ſi-
niſtra ſuper altari retenta; depoſitamq; hoſtiam di-
uidit in partes tres, quarum vnam mittit in calicem
more conſueto, nihil dicens; Tum ſecrete, vt aliàs di
cit, videlicet, *Perceptio corporis tui Dñe, &c. Panem cœleſtem, &c.*
Et deinde cum pectoris percuſſione ter dicit, videli
cet. *Dñe non ſum dignus, &c.* Tum continuat, videlicet,
Corpus Dñi noſtri, &c. Et demum nihil dicens ſumit ui
num, & aquam cum particula in calice exiſtente;
Quod vinum, & aqua, licet per immiſſionem corpo
ris Dñi ſanctificata, non tamen conſecrata ſunt.
Quo facto exportantur funalia extinguenda, & oẽs
ſurgunt, ac ſedent; deinde celebrans accepta mitra
in cornu epiſtolæ, vt aliàs lauat, & poſtea ſine mitra
reuerſus ad medium altaris, dicit inclinatus mani-

bus iunctis, v3. *Quod ore ſumpſimus &c.* Quo dicto aſ‑ſumpta mitra reuertitur ad faldiſtoriũ, & ſe exuit. Illico finita communione, ſedent omnes, & inchoã tur veſperę, in quibus dum dicitur *Magnificat*, Cardinalis ſurgit, & repetita antiphona, Cardinalis genu flectit, ſic manens vſq; ad finem totius officij. Finito autem pſalmo, *Miſerere mei Deus*, dicit vt in matutinis orationem, *Reſpice quæſumus, &c.* Et non datur benedictio, ſed datur indulgentia more ſolito. Hoc autem ſciat Reuerendiſſimus Dñs Cardinalis ꝙ iſta tota die non ſedet in ſede aurata, nec aliquo ornamẽto compoſita, ſed aut ſuper ſcabellis, aut capſis nudis in ſuo Epiſcopatu, quod etiam Papa facit in ſuo palatio.

DE OFFICIO, ET MISSA IN SABBATO *Sancto præſente Cardinali.* Cap. XLVIII.

SABBATO Sancto aquarum, ſiue fontiũ benedictio in omni Eccleſia matrici fieri ſolet, prout in libro miſſali plenius continetur: Quæ fiet immediate poſt benedictionem ignis, & incenſi, & antequãm adueniat Cardinalis ad eccleſiam, ideſt anteq̃ inchoetur officium, vt infra. Officium vero, & benedictio cerei paſchalis, & miſſæ hoc modo præſente Cardinali fieri poteſt. Nam primo indicto prius omnibus Eccleſijs ciuitatis mandato pęnali, vt nulla incipiat pulſare campanas, priusq̃ audiuerit Eccleſiã cathedralẽ

dralem ſonaſſe; nam ipſa tamq̃ mater debet primo gaudere, & deinde aliæ tamq̃ filię, & miniſtrę minores, ſecum congaudere. Tribuna autem, altareq;, & omnis chorus feſtiuiter ornabuntur, prout ſupra in die Natalis. Paramenta vero dupplicata erunt, vz. coloris violacei, & albi pro hoc officio, miſſaq;, tam pro Suffraganeo alioquin celebraturo, q̃ miniſtris eius. Conueniret quoq; vt frons altaris ſimiliter haberet duo pallia, vz. ſuperius violaceum, & interius album. Abacus, vt ſupra cum ſuis requiſitis, & præſertim cum duobus candelabris ab initio extinctis, & libro pro cerei benedictione cantanda, & libro pro prophetiis, ac lętanijs cantandis, & vnũ ſcabellum, ſuper quo ponetur liber lætaniarum, vt infra, & aliud ſcabellum, ſuper quo genuflectet celebrans in lætaniis, vt infra. Et ſi celebrans non erit Prælatus, quia non vtetur faldiſtorio; tunc omnino faldiſtorium præparetur pro Cardinali procubituro ſuper illud, dum lætaniæ cantabuntur. Et vnum pulpitum, ſiue legile, ſuper quo ponetur liber benedictionis cerei, quod ſit coopertum panno ſerico albi coloris; & hoc ponitur extra presbyterium ante cornu epiſtolæ; ita vt Diaconus cantans benedictionem, ſit verſa facie ad partem vbi ſedet Legatus, vel Cardinalis, tamq̃ ſi cãtaret Euangelium: ſed pro prophetiis nudum ponetur ante medium altare extra presbyterium. Item aliquę candelæ minutæ ſimul nexę pro lumine conſeruãdo; ac vas aquæ benedictę cum aſperſorio, & thuribulum cum na-

uicula plena antiquo incenſo, Et vnum bacile cum granis quinq; noui incẽſi magni quod maſculum appellant, cum ſuis clauiculis, qui infigi cereo poſſint: Et vna patella ferrea cum carbonibus ardentibus benedicendis. Paretur quoq; cereus ipſe in loco conuenienti, videlicet intra presbyterium ſuper gradibus apud cornu Euangelii, ita vt non ſit impedimento proſpectui neq; aditui ad altare. Quibus paratis celebraturus, ante Epiſcopi Cardinalis aduentum accedens ad cornu epiſtolæ paratus, pluuiali, & mitra, ſi illa vtitur ea depoſita benedicit nouum ignem in patella prædicta exiſtentem; & ſimiliter benedicit incenſi grana prædicta, & aliud incenſum ſolitum. Quæ omnia demum aſpergit, & cum antiquo incenſo adolet. Sed in hoc aduerte, quoniam, vt Innocentio Tertio placuit, benedictio noui ignis, ac incenſi, quæ fit in principio officii huius diei nullatenus cantari, ſed omnino voce tantum intelligibili proferri debet: Quod cappella Palatii Apoſtolici illibate ſeruat. Immo nec ante prędictas orationes debet præmitti aliqua ad populum ſalutatio, videlicet, *Dominus uobiſcum*, ſed aut, *Adiutorium noſtrum in nomine Domini*, aut nihil; ita q̃ abſolute dicantur prędictę orationes, non obſtante rubrica ante ipſas orationes pro benedictione noui ignis dicendas in aliquibus miſſalibus poſita; quæ male indicat, præmittendum eſſe, *Dominus uobiſcum*, ſicut etiam fit pro incenſo nouo benedicendo. Et hæc omnia bene notentur, quæ licet parua videantur,

tur, tamen ſuum habent myſterium. Itaq; finitis noui ignis, & incenſi benedictionibus remouetur ex nauicula incenſum uetus, & imponitur nouum, & ſic itur proceſſionaliter more Eccleſiæ conſueto ad fontium, ſiue aquarum benedictionem, quæ fit, vt in libro miſſali; ſed abſq; lætaniis, quæ poſtea cantabuntur ante miſſam, nam eſſe creduntur de miſſæ pertinentiis, vt infra dicam: Et omnes oratio nes cantentur in tono feriali. Finita aquarum benedictione, omnes ad chorum reuertuntur, exceptis Diacono, Subdiaconoq;, ac cappellanis Eccleſię quattuor cottis indutis: Sed Diaconus dalmatica alba, & Subdiaconus planeta violacea induti eſſe debent: qui ſex remanebunt inferius apud ſcalas extra chorum apud altare Sancti Michaelis, ſuper quo per ſacriſtam etiam pręparata erunt crux proceſſionalis, cum pallio albo appenſo, arundo cum tribus candelis in tricuſpide diſpoſitis; bacile cum quinq; granis incenſi; & patella ignis iam benedicti, ac aliquæ paruæ candelæ ſimul nexæ accendendæ ex igne nouo. Interim Cardinali iam præſente poſt orationem priuatam, & ſolitam cum ſuis aſſiſtentibus ſedente; Cerimoniarius accepto thuribulo cum nouo igne, & nauicula plena incenſi nouiter benedicti, petit à Cardinali, incenſum incenſiq; benedictionem more ſolito in thuribulo: quo habito vocans ſecum clauigerum Cardinalis, uadit inferius ad ſex prædictos apud altare Sancti Michaelis expectantes; vbi dato thuribulo,

&

& nauicula vni cappellano vacuo, omnes eos intro ducit ad altare maius hoc ordine: quos tamẽ prius de agendis, & de genuflexionibus admonet. Primo .n. vadit clauiger ſolus cum claua eleuata; deinde duo cappellani ſimul, quorum vnus habet thuribulum in dextra, & nauiculam in ſiniſtra; Alter habet bacile cum granis incenſi eleuatum uſq; ad faciem: Inde ſolus Subdiaconus portans crucem proceſſionalem: poſtea Diaconus portans arundinem, cum tribus candelis, in tricuſpide; ad cuius ſiniſtram eſt Cerimoniarius portans duas ſimul nexas candelas paruas accenſas ex nouo igne: vltimo ſequuntur duo cappellani nihil ferentes. Et iſti omnes à porta ſcalarum, qua intratur directe in chorum vſq; ad altare maius ter genuflectunt ęqualibus diſtantiis, videlicet primo in choro, ideſt dum omnes ſex ingreſſi ſunt ipſam portam; & ibi Diaconus ſtans inclinat arundinem, cuius vnam ex tribus candelis Cerimoniarius ſtans accẽdit: & illico omnes ipſi, præter Subdiaconum de cruce genuflectunt; & Diaconus ſic genuflexus eleuata in altum arundine, cantat ſolus, v3. *Lumen Chriſti*: Quo audito Cardinalis, & omnes capite cooperto ſurgunt, cum quibus etiam ſurgit celebrans cum mitra, ſi illa vtitur: Chorus per eaſdem notas reſpondet, *Deo gratias*, quo reſponſo; ſurgunt prædicti, & in veſtibulo, ideſt citra antemurale presbyterii itidem vt prius faciunt, accenſa ſecunda candela; ſed Diaconus altius cantat, cui ſimiliter cantores reſpondent. Tertio idem fit in omnibus

bus accenſa tertia cãdela intra presbyterium. Quo facto Cardinalis, ac celebrans, & omnes alii ſedent, & dum eunt nullam faciunt Cardinali reuerentiã: reſponſo autem *Deo gratias*, tertio ipſi prędicti ſurgẽtes, factis iterum altari, & tunc demum Cardinali reuerentiis, vadunt ad legile prædictũ, vbi Diaconus data arundine vni ex cappellanis vacuis, accipit librum de legili, & vadit ad Cardinalem, & accipit benedictionem, ac ſi eſſet Euangelium cantaturus dicens *Iube &c.* Cardinalis reſpondet, *Dñs ſit in corde &c. ut annunties ſuum ſanctum paſchale præconium:* Prædicti autem miniſtri interim apud legile hoc ordine ſe diſponunt, & firmant, vz. Subdiaconus cum cruce, & cappellanus cum thuribulo ad dextram legilis, ideſt conuerſis ad altare renibus; Et cappellanus cũ arundine, & alius cum bacili ad ſiniſtrã legilis, ideſt verſis ad altare vultibus: Alius cappellanus, & Cerimoniarius ſtant retro Diaconum, verſi ſicut Diaconus, qui cantans vertit faciem ad cornu Euangelij, ſicut pro Euangelio cantando: clauiger vero reſtat in aditu presbyterii, vt aliàs. Omnibus locatis, & habita benedictione, Diaconus primo cum triplici ductu incenſat librum; & tunc Cardinalis ſine bireto, & celebrante Prælato ſine mitra ſimiliter, ac omnibus ſurgentibus incipit benedictionem Cerei; ſed non ſignat librũ nec ſe in fronte, ſicut pro Euangeliis: In quo aduertat, vt cum dicit primam concluſionem, videlicet, *Per Dñm noſtrum &c.* non dicat *Tuum*, ſed *Suum*, vel *Eius*; & non, *Qui tecum*, ſed *Cum quo*, aut *Qui*

ſecum

ſecum uiuit,&c. Peruento ad partem v3. *In huius igitur,&c.* omnes ſedent,& Diaconus firmato cantu, vadit cũ reuerentiis altaris,& Cardinalis ad cereum, aſſociã te ipſum cappellano, qui portat bacile cum granis & illa inſigit cereo: Quo facto Cappellanus repor-tat vacuum bacile ad abacum: et vterq; reuertitur cum reuerentiis ad legile; vbi etiam Diaconus, ſur-gentibus omnibus vt prius proſequitur, videlicet, *In huius igitur,&c.* vſq; ad partem, v3. *Qui licet ſit diuiſus,&c.* & tunc vt prius omnes ſedent. Et Diaconus cum Cappellano de arundine vadunt vt prius ad cereũ, quem accendit: Et ambobus ad legile reuerſis, vt prius, proſequitur Diaconus indeſinenter vſq; in fi nem abſq; illuminatione lampadum, quæ nõ prius accendi debent, quàm vt infra dicetur. Dum autẽ interim memorat Imperatorem aduertat, quia ſi nõ eſt coronatus debet dicere. *Reſpice etiam ad dilectiſſimum Regem noſtrum Imperatorem electum.N.&c.* & non aliter. Fi nita benedictione, Diaconus non oſculatur manũ Cardinalis, neq; Cardinalis incẽſatur, ſed ipſis rece-dentibus, omnes ſedent: & Diaconus poſt altare de ponit dalmaticam albam, & induit planctam viola ceam, ſicut Subdiaconus: & mox ſacriſta in medio chori dedirecto ante medium altaris, & non ante cornu epiſtolæ, ponit idem legile, ſed diſcoopertũ, & nudum cum libro prophetiarum deſuper. Et po nitur ante Cardinalem liber alter prophetiarum, ex quo leget ipſe non prophetias, ſed quidquid cã tabitur per chorum; Et celebrans, ſi vt propoſui erit

Prælatus

Prælatus,vadit ad cornu epiſtolę,vbi allato ſibi ſuo faldiſtorio firmato bene,ac honeſte,ſuper gradu,ſiue ſcabello altaris;ſedet verſa facie ad cornu Euangelii,ſcilicet ad Cardinalem. Duo miniſtri,& Aſſiſtens eius ſedent ſuper gradu altaris ad eius pedes, verſis faciebus ad populum. Et his factis adeſt nouiſſimus,ideſt iunior, ſiue vltimus canonicus. Qui factis reuerentiis cantabit primam prophetiam, & ſic ſucceſſiue penultimus ſecundam,& antepenultimus tertiam,alioquin docte, & grauiter, ac cum pauſa moderata. Et in fine facta reuerentia altari, vt ſupra facit reuerentiam Cardinali ſine oſculo manus eius; ita tempus diſpenſans in genuflectendo ad verſiculum,videlicet: *Flectamus genua;* ꝙ ibi apud legile genuflectat: niſi poſt quartam, & octauam, & penultimam prophetiam: quod idem ab omnibus aliis canonicis obſeruatur. Cum autem cantabitur prophetia, celebrans ſedens cum mitra, ſemiuerſo ad altare vultu ſolo,leget illam ex libro ſuper altari poſito. Miniſtri autem modicum ante finitam prophetiam ſurgunt; & illa finita ſimiliter ſurgit celebrans; qui remoto faldiſtorio; illico ex libro ſuper altari poſito,cantat *Oremus*,& Diaconus *Flectamus genua* omnibus genuflectentibus,& Subdiaconus, *Leuate*, omnibus leuantibus; & vltimo cantat orationem in cantu ſemper æquali,ac feriali tono. Qua finita alter iunior canonicus, vt ſupra cantat ſecundam, & ſic deinceps vſq; ad vndecimam excluſiue. Vltimam vero prophetiam cantat,non duodecimus in

ordine ſequens poſt vltimum canonicus, ſed omnino primus, omnibuſq; dignior, etiam ſi ſit Archipresbyter, vel Archidiaconus, niſi Cardinalis uelit illam cantare in loco ſuo, vt ſupra de lectionibus in nocte Natalis dixi: Sed hic non erunt candelabra: quod tamen non vſquequaq; laudo, q Cardinalis cantet prophetiam, qui in hoc faciet, vt uolet. Finitis prophetiis, cum ſua ultima oratione, ponitur faldiſtorium prædictum ante gradus infimos in medio altaris in plano presbyterii pro Cardinali genuflexuro; Et ſcabellum pro celebrante Prælato ad ſiniſtram modicum retro faldiſtorium. Quod ſi nõ Prælatus, ſed alius ſacerdos ſimplex celebret, tunc ipſe erit genuflexus in terra magis retro Cardinalẽ. Item duo manſionarii cantores ſuper alio ſcabello, extra, & prope presbyterium, id eſt ante aditum tribunę ponunt librum lætaniarum; & Cardinali ſuper faldiſtorio cooperto capite, & celebrante depoſita planeta, & capite ſeminudo ſuper ſcabello procumbentibus, & aliis omnibus genuflectentibus; ipſi cantores inchoant, reſpõdente choro lætanias, non modulanter, aut feſtiuiter; ſed potius grauiter, & ſimpliciter, quia adhuc non figuramus Chriſtũ à mortuis ſurrexiſſe, vt quidam dicunt: Ideo ipſi cãtantes, v3. *Per mortem, & ſepulturam tuam,* geminant ſecũdum aliquorum opinionem verſum ipſum: Super quo puncto diſputatum aliàs fuit, an huiuſmodi lętaniæ ſint de pertinẽtiis officii ſabbatini iam acti; an miſſæ Paſchalis inchoandæ, ita ut geminari potius

tius debeat verſus ille videlicet. *Per mortem, & ſepulturã tuam,* quàm alius verſus, videlicet, *Per glorioſam reſurrectionem tuam,* Sed verior opinio uidetur, q̃ ſit de pertinentiis miſſæ, & propterea q̃ verſus ille, *Per glorioſam, &c.* nõ ſolum geminetur, ſed etiam ſolus, & unicus verſus ipſe cum tripudio, & hilari melodia cantaretur geminatus in cantu figurato quattuor vocibus. Interea ſacriſta ſuper abaco diſponit omnia paramenta alba pro celebrante ſolo. Nam miniſtri retro altare expectant, & ſe veſtiunt ibidem interea. Cum autem peruenerint cantores ad verſum *Peccatores, etc.* tunc ſurgit ſolus celebrans; & remoto eius ſcabello uadit ad locum faldiſtorii ſui, ubi cito, & expedite induitur ſuis omnibus paramẽtis albis per cappellanos: Nam miniſtri ſimiliter poſt altare parantur; ita ut ipſe finitis lætaniis, ſimul ſit finitus ueſtiri, & pallium uiolaceum ex altari ſit remotum, ita ut appareat aliud album: Et tunc preciſe omnes candelæ altaris, & abaci ſint accenſæ, & non prius. Itaq; finitis letaniis, & candelis, ac lampadibus, tunc preciſe accenſis, & omnibus ſimul expeditis, ſurgit Cardinalis, & faldiſtorio reportato ad locum celebrantis debitum, ac celebrante ad ſiniſtram Cardinalis ſtante; inchoatur cõfeſſio, & miſſa ſolemnis, & feſtiua more ſolito: In qua miſſa altare, vt alias incenſabitur: Canonici ueniunt ad circulos bis tantum. Introitus non dicitur: ſed dicitur, *Gloria in excelſis*, & pulſabuntur campanę feſtiuiter. Ante orationem non *Pax uobis*, ſed *Dominus uobiſcum*, dicetur etiam ſi Præ/

latus celebret: Nam in hac die ſabbati ſancti, qua Chriſtus nondum figuratur apoſtolis nũtiaſſe, *Pax uobis*, ſingulare eſt. Inſuper refert Innocentius Papa Tertius ante beatum Gregorium nunq̃ conſueuiſſe prius dici *Pax uobis*, in feſtis paſchalibus; q̃ feria ſecũda. Quia tũc Chriſtus eo verſu ſalutauit apoſtolus: beatus Gregorius autem inſtituit, vt die Paſchę, nõ ſabbato diceretur, *Pax uobis*. Finita epiſtola illico vnus manſionarius intimabit more ſolito celebranti, *Alleluya*: quod celebrans ſine mitra verſus ad altare ſtans, ſurgente Cardinali cantabit ter ſemper vocem eleuando. Cui etiam chorus (non tamen Organiſta) qualibet vice reſpondebit ſimiliter. Ad Euangelium portatur thuribulum more ſolito; ſed non luminaria, neq; Candelabra; quia adhuc non figuratur Chriſtus in lucem apparuiſſe. Ideo cappellani duo uacui, quaſi in tenebris agentes, non pręcedunt, ſed ſequuntur Diaconum ipſum. Euangeliũ abſolute inchoatur, v3. *Veſpere autem ſabbati*. *Credo* non dicitur: & ideo canonici non veniunt ad circulum pro illo: Neq; offertorium dicitur, ſed ſolum. ℟. *Dominus uobiſcum*, & *Oremus*, & non plura: ſed oblata: Altare: celebrans, & Cardinalis, ac omnes alii incēſantur more ſolito. In præfatione dicitur, *Sed in hac potiſſimum nocte &c.* *Pax Domini*, dicitur: ſed *Agnus Dei*, non dicitur. Propterea ſimiliter canonici nõ veniunt ad circulum: nec pacis oſculum datur alicui neq; altari: Poſt communionem cum cantatur antiphona ad, *Magnificat*, Cardinalis ponit incenſum, & celebrans

incepto, *Magnificat*, incenſat altare, & ipſe ac Cardinalis, & omnes ut prius in miſſa iterum incenſantur more ſolito. Non legitur antiphona poſt communionem, ſed loco eius per celebrãtem leguntur veſperæ uſq; ad orationẽ excluſiue, pro qua celebrans verſus ad populum cantat, *Dñs uobiſcum*, & ipſam orationem, qua finita Diaconus dicit, *Ite miſſa eſt*, cũ dupplici *Alleluya*, & Cardinalis dat benedictionem, & mãdat publicari indulgentiã. Vltimo ſciatur, quod cereus hodie benedictus ſolum ardet uſq; ad aſcenſionem incluſiue, vz. in tribus diebus Paſchę, & ſabbato in albis; & aliis diebus ſolum Dñicis, & non aliis quãtũcunq; ſolẽnibus, & feſtiuis aliquorũ Sãctorũ, ẽt ſi in Eccleſia ipſorũ Sanctorũ fiat officium.

DE COMMVNIONE GENERALI, ET SOlemni *per Cardinalem in die Paſchæ miniſtranda.* Cap. XLIX.

SI Cardinalis in die Paſchæ reſurrectionis celebrare, & clerum, ac populum ſuum cõmunicare voluerit; celebrabit quidem, vt ſupra in die Natalis dictum eſt in omnibus, & per omnia, niſi mutatis mutãdis; & q; tot hoſtias præparari, & ſuper altari poni in vno calice faciet, quot ſufficiant; quas omnes ſimiliter cum illa, quam eleuabit, eodem contextu conſecrabit. Et primo ſi Legatus, qui non ſit actu presbyter, ſed Diaconus Cardinalis, & cum eo, & ſine eo Locumtenens; uel Gubernator, & Magiſtratus communicandus ſit; De qua re ipſi communican-

di

di poterunt nomine Cardinalis epiſcopi inuitari.
Tunc communione à ſe perfecta de corpore: & ſanguine, priuſquam ſe purificet, ac lauet, retrahet ſe ad cornu Euangelii, verſa facie ad cornu epiſtolæ, cum ſubdiacono poſt ipſum, Diaconus vero ſtans in cornu epiſtolæ, verſa facie ad celebrantem Cardinalem capite inclinato, ac manibus iunctis, alte cãtabit confeſſionem, omnibus ſtãtibus, prout ſupra in capitulo de confeſſione infra miſſam cantanda dixi; ac prout in libro pontificali notata eſt. Qua finita Cardinalis ex libro pontificali ante ſe allato ſtans, vt ſupra ſine baculo, cantabit, ſi ſolet; ſin autẽ leget intelligibili voce, vz. *Miſereatur ueſtri, &c.* Et in fine reſpondetur *Amen.* Deinde ſimiliter; *Indulgentiam, & abſolutionem, &c.* Et in fine reſponſo per chorum, *Amen*; omiſſis verbis, videlicet, *Et benedictio Dei, &c.* populum tantum cruce ſignans nihil dicit. Quo facto Cardinalis, & Subdiaconus retrahunt ſe ad epiſtolæ, & Diaconus ad Euangelii cornua; qui capit cum debitis reuerentiis de altari calicem cũ hoſtiis, patena coopertum. Deinde ſtans Cardinalis in medio altaris, renibus verſis ad illud, habens ad ſuam dextram Diaconum cum calice, & ad ſiniſtram Subdiaconum cum patena de prędicto calice leuata; capit inde pro ſingulo quolibet communicando ſingulam hoſtiam, Subdiacono continue patenam dextræ Cardinalis ſubponente; & ſingulos ad ſe veniẽtes cõmunicat, dicens, pro vnoquoq;, *Corpus Dñi noſtri* IESV *Chriſti cuſtodiat animam tuam, &c.* Et interim, ideſt

cum primum celebrans incipit extrahere de calice hoſtiam primam; adſunt duo cappellani Cardinalis cum vno mantili pro gremiali; quod tenent genuflexi ante Cardinalem vſq; ad finitam cōmunionem. Communicandi vero non commode, nec decenter ſunt per ſemicirculum ſuper gradibus altaris à cornu Euangelii ad cornu epiſtolæ genuflexi per tranſuerſum, vt Bononię fieri ſolet: quia non eſt honeſtum, q̄ Cardinalis ante illos vadat; ſed melius ac honorabilius fit, ſi econuerſo ſinguli per lineam longam. ſ. vnus poſt alium ad Cardinalem veniant: et ibi ante ipſum genuflexi, capiant hoſtiam de manu eius prius oſculata, vt infra. Tum per latus ſiniſtrum celebrātis diſcedentes, & ſtantes bibant vinū de calice; quem aliquis paratus in cornu epiſtolæ, teneat cum aliqua mappa pedi calicis alligata, ex qua omnes ora tergant. Hic autem, qui tenet calicem debet eſſe vltimus canonicus miniſtrans vinū canonicis, & magiſtratui; ſi modo ipſe ſit in ſacris ordinibus conſtitutus; ſin autem vltimus canonicus, qui eſt in ſacris miniſtrat vinum: Sed vnus manſionarius pro manſionariis, & unus cappellanus pro cappellanis, & aliis de clero, & populo; qui ſi feſſus erit mutabitur, alio ſuffecto, & ut hi communicandi euntes ſimul, & redeuntes, non ſe ſimul cōculcent, prouidebitur, etiam deputatis cuſtodibus, vt quidem per rectum aditum ingrediantur; ſed recedant p laterale diuerticulū; excepto Legato, magiſtratu, & canonicis, qui illac redibunt, quà iuerāt.

Quod

Quod ſi Cardinalis Legatus ab Epiſcopo Cardinali celebrante communicandus erit: Tunc Legatus à duobus dignioribus canonicis paratis, vt ſupra, in medio aſſociatus, ſequente ſe primo ſuo Prælato, ibit caudam per terram trahens ad altare, vbi ante infimos gradus genuflexus ſuper puluino adorabit: deinde aſcendet ad celebrantem ſtantem, & ſtans capite inclinato cõmunicabit medius inter dictos duos canonicos genuflexos tenentes aliquod gremiale, ſiue mantile ante pectus ipſius Legati; qui non oſculabitur manum celebrantis ante ſumptionem hoſtiæ; ſed poſt illam oſculabitur celebrantẽ in facie. Poſt ſumptionem vero ſacramenti, primus Prælatus, qui ſequutus eum fuit, ſtans ibidem ad celebrantis ſiniſtram videte Legato accipit ab Aſſiſtente celebrantis calicem cum purificatorio cum quibus celebratum fuit: quo calice vtetur ſolus Legatus in ſe purificando: Nam alii omnes alio calice vtentur; & ipſum calicem purificatorio mundat. Tum phialam cum vino puro ſolo, facta prius de illo in aliqua patera per credentiarium celebrantis prægustatione, capiens vinum ſine aqua in calicẽ prædictum: Et ſic ipſum calicem offert in manibus Legati; qui illum capiens, ſemet purificat; Tum cũ gremiali eodem, per ipſos duos canonicos (quod tamen ipſi tenentes prius oſculantur) porrecto ſe ipſum tergit, & gratiis, ac gratulationibus inuicem peractis, Legatus ad dextram celebrantis cõuerſus, reuertitur, vt iuerat. Et ſi celebrans forte debilis,

aut


aut laſſus, ſedere velit aliquando infra generalem communionem, quod poterit vt etiam commodius communicet: Tunc Legato communicato mox ſedebit, ſed ſemitecto capite cum bireto. Si autem Locumtenens, aut Gubernator aderit, qui non ſit Epiſcopus conſecratus, ſed prothonotarius, aut et electus in Epiſcopum, ſed non conſecratus; tunc manum ante communionem, deinde poſt illam celebrantis faciē oſculabitur: quod etiam facient omnes canonici, qui ſunt parati, inter quos erunt Diaconus, & Subdiaconus, & Aſſiſtens; qui ibunt ordine, quo in choro ſedere ſolent: Reliqui verò quicunq;, & quotcunq; ſunt, ſiue eccleſiaſtici, ſiue laici, vt Vexillifer, & Prætor, ac alii omnes ante ſumptionem hoſtiæ ſolam manum oſculabuntur. Ordo autem venientium ad communionem ſeruabitur qui ſupra in ordine dandi incenſum dictum eſt. Quod ſi Legatus non adſit, tunc Cardinalis celebrans, prius magiſtratu, & canonicis communicatis, & non aliis, ſedere poterit vſq; ad finem communionis. Qua perfecta, exportabuntur funalia, & Cardinalis ſurget, ſi communicando ſedit: ac repoſito, & cooperto calice cum reſiduis hoſtiis purificabit digitos more ſolito, & ſumet perfuſionem: Deinde ſi hoſtiæ ſuper altari erunt, ſine mitra lauabit, extra cornu epiſtolę, & finiet miſſam. Et in fine ſi hoſtiæ erunt ſuper altari dabit benedictionem ſine mitra, & dicens, *Initium Sancti Euangelij*, non ſignabit altare: & quotiens à libro ad medium altaris ibit, aut redibit

ſemper genuflectet, & non erit preciſe ante mediũ altaris, quando cantabit, *Dominus vobiſcum*, ne directe renes ſacramento vertere videatur. Pro communione autem canonicorum ſolemniter, & deuote fienda; poterit Cardinalis omnes ipſos prius monere, etiam ſub aliquo mandato, ac exhortatione ad exẽplum populi, vt omnes ſint diſpoſiti pro communione in die illa per manum ipſius Cardinalis, & in illo loco fienda.

DE TONIS, SIVE TENORIBVS ORATIONUM, *& aliorum omnium, quæ intra totum annum ſolemniter cantanda ſunt.* Cap. L.

NON ab re fore videbitur, ſi etiam orationum omnium tenores addidero, quæ in publicis officiis per totum annum eueniunt, quomodo ſcilicet eas ſecundum laudabilem vſum cantari oporteat, prout etiam noſtra cappella Papalis obſeruat. Licet autem planius, breuiuſq; per notas, ſiue caracteres muſicales figurari, quàm per ſcripturam dictari poſſint: tamen ipſe pro ingenioli qualitate melius quàm potero explicabo. Et primo in ipſarum orationum decãtatione duos tonos, ſiue tenores habemus, videlicet vnum ſolemnem, & feſtiuum, quo vtimur in miſſis, & veſperis feſtiuis ſolum, tam omnium ſolemnitatum totius anni, quàm omnium Dñicarum de Aduentu, & de Quadrageſima, & ſabbati in albis, & in matutinis Natalitiis; Alium vero ſimplicem, & poſitiuum ha-


bemus, quo vtimur in ferialibus, & pro defunctis & in benedictionibus, quæ etiam veniũt in diebus, & pro actibus ſolemnibus, vt in cãdelis, cineribus, palmis, & aliis benedicendis. Itaq; in diebus ſolemnibus, & feſtiuis, primo cantaturi, *Dñs uobiſcum*, vel *Pax uobis*, vt miſſæ competit, vocem formabit, pariter & firmabit ſonoram, & hilarem magis, quàm preſſam, & mœſtam ratione ſolemnitatis, & quantum grauiter poterit iuxta organum, & bombum vocis ſuæ, ac etiam ſecure, & fortiter, cum perſeuerantia in illo tono, quem capiet; capiet autẽ ſub nota muſicorum, quam appellãt, fa, in qua nota, ſiue in quo tono, ſicut à principio ſemel acceperit cantum, ſic nunq̃ declinabit vocẽ per modulos, quos falſettos; neq; per articulos; quos contrapunctos; neq; per circumflexiones, quas ſemitonos vocant, nec deniq; per aliquas uocis alterationes, ſed omnino in ſolido, & preſſo vocis tenore perſeuerabit, dicens, *Dominus uobiſcum*: producendo vocem ſuper prima ſyllaba vtriuſq; dictionis tantùm, quantum ſuper duabus aliis faceret. Similiter etiam dicendo, *Pax uobis*, ſuper qua ſyllaba dictionis vobis pauſabit, vt ſupra. & idem facit in eodem tono vocis ſuper dictione, *Oremus*. In qua ſuper prima ſyllaba, & non in media ſemper pauſabit.



DEinde aduertatur, an in prima clauſula ſit aliquod verbum, necne, quoniam vno modo terminatur prima clauſula orationis habens verbum, & aliter non habens illud; & ſi plures erunt clauſulæ, ſemper finis vnius clauſulæ alternatur ab alia, id eſt prima, tertia, & quinta, ſi tot erunt clauſulæ ſimili cantu terminabuntur: ſed ſecunda, quarta, & ſexta alio diuerſo à priori cantu terminabuntur. Et ſi plures erunt clauſulæ, idem modus ſeruabitur in omnibus, vt prius. Itaq; æquali cantu ſemper in eodem tono per fa, fa, ſicut cantauit, *Dñs uobiſcum*, vel *Pax uobis*, & *Oremus*; cantabit omnia verba primæ clauſulæ, vſq; ad finem eius excluſiue; Quia ſi in ipſa clauſula aliquod verbum interfuit, vt in oratione huius diei Natalis Domini, videlicet, *Concede quæſumus omnipotens Deus*; tunc propter verbum, vz. *Concede*. tertiam ſyllabam vergentem ad finem clauſulæ declinabit videlicet, *Po*, ad notam mi, & aliam quartam ſyllabã videlicet, *tens*, ad notam re, duas vero vltimas, videlicet, *Deus*, reſumet ad fa, fa, vt prius: Et ſicut prima clauſula terminata eſt, ita etiam tertia, quinta, & ſeptima, ſi tot erunt clauſulæ, excepta vltima, terminabuntur.




Tvm facta aliquali pauſula, continuabit ſecundam clauſulam per eundem tonum, ſiue notam, fa, fa, vt prius, nunq̃ illam circumflectendo, vſq; ad penultimam ſyllabam extremi verbi clauſulæ ſecundę, ſiue illa clauſula ſit longa, ſiue breuis, etiam vnius verbi, ut eſt; *Quæſumus, Præſta, Concede*; ſiue plurium verborum; tunc ſuper penultima ſyllaba longa vltimi verbi pauſabit, ac ſi illam ſyllabam geminaret, & vltimam deprimet ad notam, mi, ſed ſi penultima eſſet breuis, tūc ſuper antepenultima pauſabitur, & duas ambas vltimas loco vnius productę declinabit ad notas, mi, mi, vt eſt in verbo vltimo ſecundæ clauſulæ, v3. *Liberet*, vbi ſuper antepenultimā videlicet, Li, pauſabit, & duas ſyllabas, ſcilicet, *beret*, declinabit ad mi, mi, Qui modus ſeruatur in quarta, ac ſexta, & octaua clauſula decantanda, ſi tot erunt clauſulæ.



Qvando vero prima clauſula orationis ſolemnis non habet aliquod verbum, vt eſt in oratione omnium ſanctorum, videlicet, *Omnipotens ſempiterne Deus, qui nos, &c.* tunc ipſa prima clauſula nō utiq; terminatur, ſicut fuit terminata prima clauſula orationis prædictę de die Natali, quæ habet uerbum; ſed ſicut ſecunda: & tunc ſecunda terminatur, ſicut fuit


terminata

terminata prima eiuſdē orōnis de die Natali: & ſic alternātur. Itaq; in orone omniū ſanctorū in dictio ne vltima primę clauſulę, v3. *Deus*, pauſabit ſuper ſyl laba *De*, ac ſi illam geminet, vt ſupra dixi, & ſyllabā *us*, deprimet ad notam mi, Secundam uero clauſulā orationis omnium Sanctorum terminabit alio mo do, ideſt ſicut fuit terminata prima clauſula oratio nis diei Natalis habentis uerbum in ſe, & ſic alterna tim cantabuntur oēs vſq; in finem orationis.




Omnipotens ſempiterne Deus.

Vltimam quoq; clauſulam eodem tono canta bit æqualiter, vſq; ad finalem dictionem, vbi aut di ctio illa eſt biſſyllaba, aut pluriſyllaba: q̃ ſi biſſylla ba, ſiue longa ſit, ſiue breuis; tunc in fine prioris di ctionis omnino pauſabit, in eodem tono illam producendo, quaſi illam geminaret: Deinde ulti mam dictionem biſſyllabam, eodem modo ſimili ter cantabit, prout eſt in hodierna oratione: In qua ultima clauſula; uidelicet, *Quos ſub peccati iugo uetuſta ſeruitus tenet*, quæ biſſyllaba eſt, non pauſabit; ſed ſu per vltima ſyllaba precedente, nidelicet, *tus*, pauſa bit, & illam ſyllabam, *tus*, ita producet, ac ſi gemina ret, dicendo, *Serui tu us tenet.*



Si uero finalis dictio ſit triſyllaba cum penultima longa, tunc pauſa fiet ſuper antepenultima, ut in oratione poſt communionem huius dici, uidelicet. *Ita, & immortalitatis ſit ipſe largitor.*




Quod ſi ipſa finalis dictio ſit triſyllaba cum penultima breui, tunc pauſa fiet ſuper ea, quæ præcedit dictionem triſyllabã, ut in oratione ſancti Ioannis poſt communionem, videlicet, *Eius muniamur, & precibus*, ubi ſuper ſyllaba, *Et*, pauſa fit: Et ſi ipſa dictio eſt pluriſyllaba, tunc ſemper pauſa fit ſuper prima ſyllaba ipſius dictionis pluriſyllabæ, ſiue penultima eius ſit longa, ut in oratione primę miſſę huius noctis ibi, videlicet. *Eius quoq; gaudiis in cœlo perfruamur*; ſiue breuis, ut in oratione poſt cõmunionem eiuſdem miſſæ, & noctis, ibi uidelicet: *Ad cuius mercamur peruenire conſortium*.


De tenore concluſionum.

Cęterũ cõcluſiones orõnũ prędictarũ quę ſunt. *Per Dñm noſtrum, etc.* Et *Qui uiuis, et regnas, etc.* quia diuerſę ſunt etiam


etiam diuerſimode cantantur: Aut enim habent tres clauſulas in totum computando ultimam, vt ſunt uidelicet, *Per eundem, &c.* Et *Per Dominum noſtrum* IESVM *Chriſtum filium tuum*, quæ eſt prima clauſula; deinde. *Qui tecum uiuit, & regnat in unitate Spiritus ſancti* Deus; quæ eſt ſecunda clauſula: et finaliter, *Per omnia ſæcula ſæculorum*; quæ eſt tertia; tunc ipſam concluſionem incipiendo, *Per eumdem*, vel *Per Dñm*, cantabit per eandem notam ſcilicet, fa, fa, ſine falſettis, & ſine contrapunctis, ſicut orationem, & in ultima dictione primæ clauſulæ ſcilicet, *Tuum*, faciet pauſam ſuper prima ſyllaba, ſcilicet, *Tu*, & ſuper ultima, vz, *um*, deprimet ad, mi, ſicut de ſecunda clauſula orõnis ſupra dixi.




Secundam uero clauſulam cantabit per eundem tonum, in cuius finalibus dictionibus, uidelicet *Sancti Deus* ſuper quarta uergente ad finem; quæ eſt *San*, uocem deprimet ad mi, & aliam ſyllabã ſcilicet, *cti*, rurſus deprimet ad re; & alias duas ſyllabas ſcilicet *Deus*, attollet ad fa, fa, ſicut in omnibus de prima, & tertia clauſula orationis dixi.




Deinde etiam tertiam, ideſt ultimam clauſulam, ſcilicet, *Per omnia ſæcula ſæculorum*, ſimiliter per eumdem tonum, abſq; aliquo falſetto, ſiue contrapuncto cãtabit per fa, fa, ſed in verbo, *Sæculorum*, ſuper prima ſyllaba, ideſt, *Sæ*, pauſabit, ac ſi illam geminet dicendo *Sæculorum*; cuius omnes quattuor ſyllabas cantabit per, ſa, fa,




Aut concluſiones habent tãtum duas clauſulas, computando vltimam, vt ſunt. *Qui uiuis, & regnas*, vel *Qui tecum uiuit*: Tunc omnino primæ clauſulæ, finis, ſcilicet, *Sancti Deus*, cantabitur modo, quo ſupra cantata ſunt etiam verba, *Sancti Deus*, in ſupradicta concluſione, & non ſicut, *Filium tuum*: ſimiliter, & vltimæ clauſulæ finis, videlicet, *Sæculorum*, codẽ modo quo ſupra dictum eſt, cantabitur.






¶ *De tono orationum, quæ cantantur in miſſis pro defunctis.*


Tonus vero, ſiue tenor orationum pro defunctis diuerſus eſt à ſupradicto feſtiuo, celebrãs enim ibi hilari tono, & ſonora voce vſus fuit; hic vero mœſtiter, & depreſſe cantat, ac luctuoſe, vt ſit conueniens luctibus ipſe tenor. Et quoniam non ſemper, & indiſtincte eodẽ tenore vtitur in miſſis, & officiis pro defunctis. Ideo, vt omnis tenor, & modus habeatur in orationibus decantãdis pro defunctis, ſic diſtingui uidetur. Quia aut celebrans eſt in cãtu orationum in miſſa, aut in veſperis, & matutinis ſimul; aut extra illas. Primo caſu cantabit ſuam orationẽ æquali tono, & ſub eadem nota, ſcilicet, fa, fa, à principio ad finem, nunquam vocem circumflectendo, nec eam in fine alicuius clauſularum declinando, nec attollendo ipſum tonũ; ſicut facit, quo ad ęqualitatem toni in oratione feſtiua, vt ſupra dictũ eſt: ſed ſolũ pauſabit ſuper finalibus ſyllabis, hoc modo. Quia primo dicens, *Dominus vobiſcum*, æquali tono cãtabit, producens ſyllabam primam dictionis vltimæ, videlicet, *Vobiſcum*, In qua ſyllaba, *vo*, ponet pauſam: quaſi duarum notarum, ſiue duarum ſyllabarum, & ſimiliter cantando, *Oremus*, in prima, ſcilicet, O, pauſabit, ſicut dixi, & alias duas ſcilicet, *remus*, ęquali cantu in eodem tono finiet.




Tum

Tum orationem,quę verbi gratia cãtatur in miſſa exequiali pro aliquo epiſcopo, ſeu presbytero Cardinali. Quæ eſt,videlicet. *Deus qui inter apoſtolicos,etc.* vbi primam clauſulam æquali,& preſſo tono cantabit,vſq; ad dictionem vltimam ipſius clauſulæ,ſcilicet vigere; in qua dictione cum nulla penitus toni alteratione,pauſabit in ſyllaba penultima, videlicet, *ge*, per ſpatium vnius notæ,ſeu ſyllabæ cum dimidio,& vltimam, ſcilicet,*re*, eodem tono cantabit, quo alias priores cantauit, nihil eam producendo.






Similiter deinde cantabit ſecundam clauſulam in vltima dictione;& in eius penultima ſyllaba pauſabit;niſi illa ſit breuis,vt in dictione noſtræ orationis,videlicet, *Quæſumus*,quia tunc pauſabit ſuper penultima,acſi diceret, *Quæſumus*.



Similiter in omnibus, & per omnia faciet de reliquis clauſulis. & ſyllabis, uſq; ad ultimã dictionem orationis, in qua oratione ultima ſic finiet: nam ſi illa ſit biſyllaba, ac ét triſyllaba cũ penultima breui pauſabit; non in prima ſyllaba dictionis biſyllabæ, aut triſyllabæ, ſed in ultima p̃cedẽtis dictionis, ét ſi illa p̃cedẽs ſit monoſyllaba, ut in oratione pluralis miſſæ pro defunctis, quæ incipit, *Hoſtias quæſumus &c.* in fine ibi, *Dones & præmium*; ubi pauſa debet fieri ri ſuper dictione, *&*. Item in alia oratione miſſæ pluralis pro defunctis, quæ incipit, *Deus cui proprium eſt, etc.* ibi, *mereantur ad uitam*; vbi pauſa fit ſuper dictione præcedente, v3. *ad*, quę ita producitur, ac ſi geminetur, aad, uitam. Si autem dictio finalis ſit triſyllaba, cum penultima lõga; tunc pauſabit ſuper antepenultima; ita ut ipſam antepenultimam geminare uideat & reliquas duas, ſine depreſſione finiet, ut ſi dicat, *Facias eſſe coonſortem*; ubi antepenultima ſcilicet, *con*, producetur, ac ſi dicatur *coonſortem*. Si autẽ ſit dictio pluriſyllaba; tunc omnino pauſabit in prima ſyllaba ultimę prędictę dictionis; ſiue habeat penultimam lõgã, ſiue breuem, ut in noſtra oratione ibi, *conſortio* ubi primam ſyllabam, uidelicet, *con*, producit, ac ſi de toto illa geminet, dicendo, *coonſortio*, & alias tres, v3. *ſortio*, eodem tono continuabit; ut infra.



Et

Et ſic iſte tonus ſeruatur in omnibus orationibus, quæ cantantur in miſſis dumtaxat pro defunctis; nō autem in ueſperis, aut matutinis, vt infra in ſuis locis dicetur. Inſuper hanc, & omnes orationes, quę in huiuſmodi miſſis cantantur, ſequuntur ſuæ integræ concluſiones, videlicet, *Per eundem Dominum noſtrū* IESVM *Chriſtum filium tuum &c.* vel *Per Dñm noſtrum, &c.* vel *Qui viuis, & regnas, &c.* aut *Qui viuit, & regnat, &c.* ubi prima ſyllaba ultimæ dictionis ſcilicet, *tuum*, æqualiter pauſatur ſuper, *tu*, Et ſimiliter in prima ſyllaba ſecundæ clauſulæ, ſcilicet, *Deus*, æqualiter pauſatur. Tum in dictione, *Sæculorum*, ſyllabā primam ſcilicet, *ſæ*, ita producit, ac ſi geminet dicēdo *ſæculorum*: quod etiam ſeruatur in aliis miſſarum orationibus, earūque concluſionibus: vt in miſſa commemorationis omnium defunctorum; & in exequiis Cardinalium, & aliorum.

¶ *De tono uerſiculorum, & orationum, quæ cantantur, non in miſſis; ſed ueſperis, matutiniſq́; , & officÿs pro defunctis.*


SI vero celebrans cantaturus eſt orationem in ueſperis, ac matutinis pro defunctis, aut aliquibus officijs exequialibus, hoc modo cantabit. Et quoniam primo antequām cantet orationem in ipſis ueſperis, matutinis, ac officijs oportet præcantare infraſcriptos uerſiculos; ideo bonum eſt, ut tonum eorum etiam intelligat. Ipſi verſiculi ſunt, uidelicet, *Pater noſter. Et ne nos inducas, etc. A porta inferi, Requieſcant in pace. Domine exaudi orationem meam. Dominus uobiſcum. Oremus.*


Et

Et demũ oratio, quę licet ſit in ſimili tono, vt in miſſa pro defunctis, non tamen omnino eodem modo finienda; neq; aliquis ipſorum verſiculorum vno, & eodem cantu intonatur, vt infra. Cantabit itaq; *Pater noſter*, in uoce, qua etiam cantabit orationem. Pro quo etiam ſciat, ꝙ verba huius verſiculi, ſcilicet, *Pater noſter*, ſemper alte debet cantare, quotiens, & quando etiam in fine debet cantare verſiculum, *Et ne nos*: Nam ſi, & *Et ne nos*, alte non ſit cantaturus, etiam nec alte dicit, *Pater noſter*, quod in omnibus officiis ſeruatur, prout ſupra in ſuo capitulo particulari dixi plene. Cum itaq; dicit, *Pater noſter*, pauſabit aliquantulum ſuper ſyllaba, *no*, & vltimam, ſcilicet, *ſter*, deprimet à, ſa, ad, re, ſimiliter, & ſuper alio verſiculo, *Et ne nos inducas in tẽptationem*; vbi in penultima, ſcilicet, o, pauſabit, & aliam deprimet. Item ſuper dictione *Inferi*, quia habet penultimã breuem; ideo non ſuper penultima, ſed ſuper antepenultima pauſabit: Idem faciet in alio. ℣. *Requieſcant in pace*. Et ſimiliter in alio. *Dñe exaudi orationem meam*, ſed non ſic in verſiculo, *Dñs uobiſcum*: Nam ibi neq; in penultima, neq; in aliqua deprimet tonum, ſed omnino ęqualiter intonabit, producendo primam ſyllabam in verbo, *Vobiſcum*, ſcilicet, Vo, & alias, ſcilicet, *biſcum*; Similiter æquali cãtu intonabit *Oremus*. tum orationem cantabit vt ſupra in omnibus, ſicut pro defunctis, excepto, ꝙ nõ ita finiet æquali tono, ſicut orationem, quæ dicitur in miſſa, ibi .n. tota oratio cantatur, & finitur æquali tono; hic autem penultima ſyllaba primo produ-

citur,

citur, & ultima deprimetur à fa, ad re. Et in hoc differunt. Similiter fiet de concluſionum cantu, quæ incipit, *Qui uiuis*, vel *Qui tecum uiuit*, ubi in uerbo, *Sæculorũ* penultima producitur, & ultima deprimitur, licet in abſolutionibus, orationes concludantur per verſiculum, *Per Chriſtum Dñm noſtrum*, Et tunc prima ſyllaba dictionis, *noſtrum*, ſcilicet, *noſ* producitur, & *ſtrum*, deprimitur. Et demum in alio uerſiculo, videlicet *Requiem æternam dona eis domine*, ubi non penultima, quia eſt breuis, ſed antepenultima producitur. Et illæ duę breues, quæ ſunt loco unius longę, deprimuntur à fa, ad re, vt dictum eſt.






¶ *De tono orationum in miſſis ferialibus ſolũ, & non in officiis.*

Orationes, quæ in miſſis ferialibus cantantur, ſimili tenore, & modo in omnibus, & per omnia cantantur ſicut orationes in miſſis pro defunctis, tono, & cantu æqualibus à principio uſq; ad finem incluſiue; & cum productione, ſiue pauſa, quaſi geminatione, ſicut in orationibus, quæ dicuntur in miſſis

pro

pro deſunctis; non autem in officijs, ut ſupra dixi. Verbigratia in die Cinerum in miſſa, orationes quinq; dicuntur in tono feriali, ideſt in æquali cantu; & prima eſt die, uidelicet. *Præſta Dñe fidelibus tuis,* ubi in illa dictione *tuis*, prima ſyllaba producitur, & ſimiliter in dictione *ſuſcipiant*; ubi ſyllaba, uidelicet, *ſci*, quæ eſt antepenultima producitur, quia penultima eſt breuis, & demum in ultima dictione, ſcilicet *percurrant* prima ſyllaba, ſcilicet, *per*, pauſatur; quaſi geminetur; dicendo, *peercurrant*, & ſic de aliis. Cæterũ in iſtis ferialibus orationibus, non cadit diſtinctio; ſicut in orationibus pro defunctis, ubi aliter in miſſis, aliter in ueſperis, & officijs cãtat', & aliter extra.



Et ſimili modo concluſio cantetur, & terminet'.

De

¶ *De tenore, & numero orationum ſolemnium, quæ ferialiter cantantur in diuerſis officiis per totum annum.*


Cantãtur etiam in feriali, ideſt ęquali tono orationes multę, & diuerſæ in multis, & diuerſis, non miſſis, ſed officiis intra annum, quæ omnes eodem tono, & modo in omnibus, & per omnia, ſicut orationes pro defunctis cãtantur, non tamen, ut infra, miſſas, ſed ut extra, ideſt vt in officiis anniuerſarijs, & exequialibus, & abſolutionibus defunctorum. & iſtæ orationes cantantur cum pauſa, quaſi geminatione penultimę, niſi alias ipſa ſit breuis, quoniã loco eius pauſatur in antepenultima ſyllaba in dictione vltima, & cum depreſſione vltimæ ſyllabæ eius dictionis, verbigratia, In die Purificationis glorioſę Virginis Mariæ, poſt diſtributionem candelarum, poſtquàm celebrans lauit, & priuſq̃ uadat ad confeſſionem cantat, *Oremus*, ſcilicet, O, per fa, & *re*, per re, & fa, ſimul, & *mus*, per fa. Deinde reſpondentibus miniſtris aſſiſtentibus. *Flectamus genua*, & *Leuate*. Celebrans cantat æquali cantu orationem, quæ eſt videlicet. *Exaudi quæſumus Dñe plebem tuam, &c.* Et in fine, *Per Chriſtum Dñm noſtrum*, in eo tono, quem ſupra dixi in anniuerſario. Item in die cinerum ſimiliter poſt dationem cinerum, cantat ęquali cantu. *Dominus uobiſcum*, & orationem videlicet. *Concede quæſumus nobis Dñe &c.* quę ex omnibus vltima licet aliæ omnes ante cinerum dationem non cantantur per celebrantem, ſed legantur plane per ipſum. Item in Palmarum benedictione poſt illarum diſtributionem eo


dem modo, & tono cantatur, *Dñs vobiſcum. Oremus. Omnipotens ſempiterne Deus, qui Dñm noſtrum* IESVM *Chriſtum &c.* Et in fine, *Per eundem Chriſtum Dñm noſtrum.* Item in cœna Domini poſt lotionem pedum pauperum, celebrans ſub tono, quo cantantur verſiculi in veſperis, & matutinis pro defunctis, cãtat uerſiculos, & orationem ibi notatam, videlicet, *Adeſto quæſumus Dñe officio, &c.* cuius concluſio eſt, videlicet, *Quod ipſe præſtare digneris.* Et idem in officio Paraſceue celebrãs ſimili modo cantat orationem vnam, videlicet. *Oremus. Deus à quo, & Iudas, &c.* quam etiam ſimiliter concludit: aliæ autem orationes numero xviij. cantantur per ſuum particularem, & proprium cantum, ibi notatum: Vbi ſcias, ꝙ ſecunda, quarta, ſexta, octaua, & nona orationes, cantantur ſimiliter in tono feriali, & non feſtiuo, ſicut in multis libris miſſalibus male notatum uidi: qui in hoc omnino corrigendi ſunt. Item in tribus diebus tenebrarum oratio, videlicet. *Reſpice quæſumus Dñe ſuper hanc familiam tuam, &c.* non ſub aliquo tono cantatur, ſed tacita voce, ac quaſi flebili, & mœſtiſſima profertur, cum depreſſione tamen vltimæ ſyllabæ, à, fa, ad, re. Item in die Sabbati ſancti, orationes, quæ in officio, & ante miſſam cantantur, incipiendo ab oratione, quę eſt poſt prophetiam primam, videlicet, *Deus qui mirabiliter creaſti &c.* cantantur omnes æquali, & feriali cantu. Orationes verò, quæ eadem die pro ignis, & incenſi noui benedictione ponuntur, non utiq; cantantur, ſed quidem intelligibili uoce proferuntur. Quod


bene nota, quia huiuſmodi benedictiones ignis, & incenſi ſine cantu aliquo prolatæ, ſuum habēt myſterium, vt ſupra dixi in officio ſabbati ſancti.


¶ *De tonis, quibus cantantur epiſtolæ in cappella Papæ.*

Addamus etiam ſupradictis, epiſtolarum tonos, quibus cappella noſtra tanquam bonorum omniũ rituum inſtitutrix vtitur. Et quidem ſciendum eſt, ꝙ vnicus, idemq; tonus, ſeruatur in omnibus epiſtolis, quę per totum annum cantantur, ſiue in diebus ſolemnibus, ſiue ſimplicibus non ſolemnibus, ac ferialibus, etiã pro defunctis; niſi ꝙ in ſolemnibus iucundius, & hilarius, & reuerentius cantatur, quã in ſimplicibus, aut pro defunctis. Et licet in huiuſmodi epiſtolarum decantatione, ſit magis quędam gratia cum decore, ꝙ ars muſicalis cum regula ſeruanda: tamen vt plenius habeatur ipſius decantationis ars, ſeu modus, ſic per notas figurabitur, v3.










Et ſic in infinitum omnes clauſulæ ſimiles can- tantur modo, & tono prędictis.


De clauſula monoſyllaba.

Et ſi clauſula finiretur in dictione monoſyllaba tunc etiam ipſius dictionis monoſyllabæ cantatur tonus, ut ſupra equali cantu, ſed tamen cum aliquali pauſula, verbigratia in epiſtola diei Innocentium eſt finis clauſulæ in verbo monoſyllabo, ibi videlicet. *Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, uirgines enim ſunt.*




Quando clauſula eſt interrogatiua.

Quando autem clauſula eſt ſub ſententia interrogatiua tunc alio modo finis eius cantatur, vt eſt in epiſtola feriæ quartæ quattuor temporum de aduentu; ibi videlicet. *Nunquid parum eſt uobis eſſe moleſtos hominibus, quia moleſti eſtis, & Deo meo*, vt infra.




De fine Epiſtolæ

Finis autem omnium epiſtolarũ idẽ eſt, & eodẽ modo cãtat', ut eſt in epiſtola noſtra hodierna], vʒ.




De tono Euangelii.

Euangeliorũ quoq; unicus, atq; idem tonus ſemper intra totum annum, & in quibuſcunq; miſſis, & diebus occurrentium obſeruatur: niſi ut ſupra de epiſtolarum ferialium tonis dictum eſt. Igitur cantans Euangelium, per has notas, intonabit, vʒ.




Deinde, *Initium*, vel *Sequentia ſancti Euangelii*, hoc modo,




Et


Et ſi Euangelium eſt ſecundum Mattheum, vel Ioannem; quæ dictiones ſunt triſyllabæ, intonatur ſic, uidelicet,




Si vero eſt ſecundum Lucam, vel Marcum, quæ ſunt dictiones biſyllabę. tunc intonatur ſic, vʒ.




Deinde uerſus. *In illo tempore,* ſic cantantur, vʒ.



Hoc autem obſeruari debet, ꝙ depreſſio uocis à fa, ad re, nunquam fit ante quintam ſyllabam, vergẽtem ad finem clauſulæ; nec poſt tertiam: ſed ipſa nota, re, fit aut in quinta, aut in quarta: Et quando clauſula eſſet nimis longa, & multorum verborum tunc in quinta ſyllaba fit depreſſio: Quando uero non eſt nimis longa; tunc fit in quarta; cantetur igitur hoc modo, videlicet.







Et ſic iſta clauſula terminatur; quia non eſt nimis longa; ſed potius breuis; & paucorum verborum, maxime reſpectiue ad longiores: Quod ſi clauſula eſſet longa, & multorum uerborum, tunc depreſſio uocis à, fa, ad re, fieret in anteriori ſyllaba, vȝ. in quinta. Non.n. regulariter unquàm pauciores, q̃ tres, nec plures, quàm quinq; debent eſſe notæ finales poſt notam, re, ſed aut in quinta, aut in quarta; quod bene obſeruetur.

Interrogatiuum.


Cum uero clauſula eſt interrogatiua, tunc ſic cantatur, videlicet.



Si autem clauſula fuerit in uerbo monoſyllabo, ut eſt tertia feria Paſchę: *Ibi uidete manus meas, & pedes meos quia ego ipſe ſum,* tunc ſic cantatur, videlicet.




Quando clauſula eſſet tantum trium ſyllabarũ, aut etiam duarum, vt in Euangelio feriæ tertiæ poſt Paſcha: ibi, *Pax uobis. Ego ſum,* tunc ſic cantari debet,




Monoſyllaba.

Quod ſi vnicæ dumtaxat ſyllabæ eſſet clauſula, vt in Dominica tertia de Aduētu, ibi *Et reſpondit non,* tunc ſic cantatur, videlicet.



Finis Euangelij.


Cęterum finis omnium Euangeliorum, ita cantari ſolet, vʒ. *Ibi eum uidebitis, ſicut dixit uobis.*



Quo

¶Quomodo cantatur uerſus ℣ .Humiliate capita ueſtra Deo.

In die cinerum in omnibus Eccleſiis, & locis, vbi miſſa de feria in Quadrageſima cantatur; quinq; orationibus poſt communionem cantatis, & ante orationem ſextam, quæ ſupra populum dicitur, Diaconus Euangelii ad ipſum populum adhuc in genuflexione manentem, cantat hunc verſum, ℣. *Humiliate capita ueſtra Deo*. Pro quo tamen illud ſcias, ꝙ concluſio quintæ orationis non eſt ℣ .*Per omnia ſæcula ſæculorum*, vt multi ignoranter dicunt, ſed debet tota longa dici, ℣. *Per Dñm noſtrum* IESVM *Chriſtum filium tuum, qui tecũ uiuit, & regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum*: Deinde poſt reſponſum Amen, Diaconus cantat uerſum ſequentem, ℣ .*Humiliate capita ueſtra Deo*, qui ſic cantatur.





¶*De tonis uerſuum, & lectionum in matutinis noctis* Natalis *Domini noſtri* IESV *Chriſti.*

Hic eſt tonus, qui cõmuniter obſeruatur in capella Papali, pro uerſibus, abſolutionibus, & benedictionibus pro officio matutinarum noctis Natalis Domini noſtri IESV Chriſti, tam per Papam, q̃ Cardinales, & alios omnes, excepto cantorum choro, decantandis, & primo




Prima abſolutio.






Prima benedictio.





Secunda benedictio,







Tertia benedictio







¶ *Secunda abſolutio.*









¶ *Quarta benedictio.*




¶ *Quinta benedictio.*




¶ *Sexta benedictio.*




¶ *Tertia abſolutio.*







¶ *Septima benedictio.*



¶ *Octaua benedictio*




¶ *Nona benedictio.*




De tono lectionum, & Euangeliorum, ac Homiliarum, matutinalium.

Lectionum, & Euangeliorum matutinalium, & Homiliarũ, unus, atq; idẽ tenor, ſiue tonus eſt planus, & æqualis; non autem circumflexus, nec articularis, neq; varius; ſed omnino firmus, ſolidus, & cõtinuatus in vna, eademq; nota, v3. fa, in qua nota, ſemper teneri debet cantus, vſq; ad ultimum verbũ in fine clauſulæ perfectæ; vbi ipſius vltimi uerbi ſyllaba penultima, aliquantulum pauſatur quaſi geminetur; Et ultima ſyllaba deprimitur ad notam alterius, fa, quæ eſt quinta deſcendens: Et ſic omnes clauſulæ lectionum, Euangeliorum huiuſmodi, & Homiliarum, inchoãtur, mediãtur, & finiuntur, v3.


Lectio.




Euangelium.



Homilia.




Si autem penultima ſyllaba, prædictæ vltimę dictionis, eſſet breuis; tunc non in ipſa breui; ſed in ãtecedẽti fiat pauſa; quaſi geminata; hoc modo, v3.




¶ *De fine clauſulæ in dictione monoſyllaba.*

Si finis clauſulæ eſſet in dictione monoſyllaba, tunc vltima ſyllaba antecedentis dictionis, deprimetur ad notam, re, & ipſa monoſyllaba, quæ eſt finalis, tollitur ad eamdem notam, fa, videlicet.



¶ *De fine clauſulæ in dictione* Hebræa.


Quod ſi ultima clauſulæ dictio ſit nomen Hebraicum; tunc ipſum nomen Hebraicum ſic terminabitur, vt de monoſyllaba dictum eſt, videlicet.



¶ *De fine clauſulæ in ſenſu interrogatiuo.*


Si finis clauſulæ ſit in ſenſu interrogatiuo, tunc ipſa

ipſa quidem tota clauſula, intonatur per fa, fa, vt ſu-
pra; ſed ante ſyllabam finalem, tres aut quattuor
ſyllabæ deprimuntur à prædicto, fa, ad mi, & om-
nes per ipſam notam intonantur; vltima vero pau-
ſatur, quaſi per duas notas: quarum una erit mi, mi,
dupplicata, & alia extolletur ad eãdem notã fa, vt.



De fine lectionum, & Homiliarum.


Finis lectionum, Euangeliorum, & Homiliarum matutinalium, idem eſt in omnibus; & per omnia, ſicut in quolibet fine clauſularum prædictarum: ſiue illa clauſula finiatur in dictione monoſyllaba ſiue in interrogatiua, ſiue in Hebræa, ut ſupra dictum eſt videlicet.



De concluſione lectionum, & Homiliarum.

Omnium lectionum, & Homiliarum concluſiones, ideſt, *Tu autem Domine miſerere noſtri*, vel *nobis*; uno atq; eodẽ modo, & tenore finiũtur, ut infra: quamq̃
aliqui

aliqui aliter ſentiant; ꝙ æquali modo intonetur. videlicet ſicut finis cuiuslibet clauſulæ; non tamen monoſyllabæ, nec dictionis Hebrȩæ; nec ſenſus interrogatiui. Sed egò meo tempore realiter uidi, ꝙ omnes, tam Papa, & Cardinales, quàm alii omnes docti officiales cappellæ huiuſmodi lectiones cantantes, maxime magiſtris ipſis cerimoniarum demonſtrantibus, ſic intonarunt, vt infra, v3.



F I N I S.

Deo Opt. Max. Bene Svggerenti

Lavs, et Honor.

E R R A T A.

Fol.1.lin.8.Presbiterum-Presbyterum, ſic ſemper. ibidem à tergo lin.24.cuſtodicendoq̄;-cuſtodiendoq;.2.lin. 12.lucidiſsiimi-lucidiſsimi.lin.13.clariſsiima-clariſſima,à tergo lin.13. ennumerem-enumerem.4.lin.6.ac-hac.9.lin.12.chyrotecam-chirothecam,ſic ſemper. 17.lin.14.pręcioſa-pretioſa,ſic ſemper.20.à tergo lin. 11. non in miſſis-non ita cōgrue in miſsis.22.lin.16.ſiue-ſine.26.à tergo lin.13. brac chio-brachio,ſic ſēper.27.lin.antep.reliqui-aliqui.28.lin.25.fecit-facit.à tergo lin. antepe. accederet-accederes,31.lin.25.preſenres-præſentes.35.lin.22.vel ſex feruientium-vel ſex palmis.39.lin.16.deſignatur-deſignatur.42.lin.1.apoſtolica-ampla.47.lin.14.Incenſantur-incenſatur.à tergo lin.4.faciente-facienti.48.à tergo lin.23. propterea-præterea,49.lin.2.cantantur-cantatur.58.lin.15.Tnm-tum, 69. lin.7. ſubſtinentes-ſuſtinentes,ſic ſemper.70.lin. 24.altate-altare. 71. lin. 9. Subdiaconns-Subdiaconus,72.lin.7.ommiſsis-omiſsis, 104. lin.11. Cardnlem-Cardinalem.110,à tergo lin.vltimà quia-niſi quod. 111. lin.18.candelabus-candelabris.117.lin,25.alioqnin-alioquin. 126. lin.24.eſſe-etiam.127.lin.7.fere-ferre.130.lin.21.&-vt.149.lin.27. cantantur-cantentur.

Index Capitulorum Primi Libri.

De cerimoniarum inuentione, & cauſa uſus illarum folio. 3.

De magiſtri cerimoniarum deputatione, ac de cura, et diſciplina illius. 5.

De ſilentio, & attentione omnium, ac moderatione, celebrantis, & miniſtrorum. 7.

De numero, & qualitate miniſtrorum Cardinalis celebrantis, ac ordine, & loco ſingulorum. 8.

De officio Diaconi in miſſa Epiſcopi Bononien. Cardinalis. 9.

De officio Subdiaconi 12.

De officio primi cappellani presbyteri Aſſiſtentis. 14.

De officio ſecundi cappellani baculum paſtoralem miniſtrantis. 15.

De officio tertij cappellani mitram miniſtrantis. 16.

De officio quarti cappellani librum miniſtrantis. 17.

De officio quinti cappellani thuribulum, & nauiculã miniſtrantis. 18.

De officio ſexti cappellani, gremiale miniſtrantis. 18.

De officio ſeptimi cappellani ampullas miniſtrantis. 18.

De duobus cappellanis candelabra miniſtrantibus. 19.

De officio cappellani intimãtis hymnum Angelicum, ac ſymbolum in miſſa, & antiphonas in ueſperis; nec non de ordine cantantium ipſas; et de diſciplina intimandi. 19.

De numero, & qualitate, ac officio credentiariorum. 21.

De Organiſta, & ſeruandis per ipſum. 21.


De ha[illegible]tm eccleſiaſtico canonicorum Cardinali celebrante, & non cel[illegible]ante. 22.

De d[illegible]rum canonicorum aſſiſtentia apud Cardinalem celebrantem, [illegible] non celebrantem. 23.


D[illegible] incen[illegible] canonicorum ante Cardinalem Epiſcopum, quando, qualiter, [illegible]otiens fiendis. 24.

[illegible]rum loco apud Epiſcopum ſuum, quando ſcilicet antecedunt, uel ſequuntur, & ſi quis ex eis Prælatus eſt, apoſtolicus ubi in pro=

RR ij ceſſione




Quando clauſula eſſet tantum trium ſyllabarū, aut etiam duarum, vt in Euangelio feriæ tertiæ poſt Paſcha: ibi, *Pax uobis. Ego ſum,* tunc ſic cantari debet,




¶ *Monoſyllaba.*

Quod ſi vnicæ dumtaxat ſyllabæ eſſet clauſula, vt in Dominica tertia de Aduētu, ibi *Et reſpondit non,* tunc ſic cantatur, videlicet.



¶ *Finis Euangelij.*


Cęterum finis omnium Euangeliorum, ita cantari ſolet, v3. *Ibi eum uidebitis, ſicut dixit uobis.*



Quo

¶*Quomodo cantatur uerſus* ℣. *Humiliate capita ueſtra Deo.*


In die cinerum in omnibus Eccleſiis, & locis, vbi miſſa de feria in Quadrageſima cantatur; quinq; orationibus poſt communionem cantatis, & ante orationem ſextam, quę ſupra populum dicitur, Diaconus Euangelii ad ipſum populum adhuc in genuflexione manentem, cantat hunc verſum, ℣. *Humiliate capita ueſtra Deo.* Pro quo tamen illud ſcias, ꝙ concluſio quintæ orationis non eſt ℣. *Per omnia ſæcula ſæculorum*, vt multi ignoranter dicunt, ſed debet tota longa dici, ℣. *Per Dn̄m noſtrum* IESVM *Chriſtum filium tuum, qui tecū uiuit, & regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum:* Deinde poſt reſponſum *Amen*, Diaconus cantat uerſum ſequentem, ℣. *Humiliate capita ueſtra Deo*, qui ſic cantatur.




¶*De tonis uerſuum, & lectionum in matutinis noctis Natalis Domini noſtri* IESV *Chriſti.*

Hic eſt tonus, qui cōmuniter obſeruatur in cappella Papali, pro uerſibus, abſolutionibus, & benedictionibus pro officio matutinarum noctis Natalis Domini noſtri IESV Chriſti, tam per Papam, q̄ Cardinales, & alios omnes, excepto cantorum choro, decantandis, & primo



Domine labi a me a a pe ri es Reſ. Et os meum.etc.
Deus in a diu to rium meum in ten de.
Pater noſt verſ. Et ne nos inducas in temptationem.
Prima abſolutio.
Exaudi Domine Ieſu Chriſte preces ſeruorum tu o.rum
& mi ſe re re no bis, Qui cum patre, & ſpi ri tu ſancto
uiuis, & regnas in ſæ cu la ſæ cu lorum Reſ. Amen.



¶Prima benedictio.




¶Secunda benedictio.







¶Tertia benedictio







¶ Secunda abſolutio.









¶ Quarta benedictio.




¶ Quinta benedictio.




¶ Sexta benedictio.




Tertia abſolutio.







Septima benedictio.



Octaua benedictio




Nona benedictio.




¶ *De tono lectionum, & Euangeliorum, ac Homiliarum, matutinalium.*

Lectionum, & Euangeliorum matutinalium, & Homiliarũ, unus, atq; idẽ tenor, ſiue tonus eſt planus, & æqualis; non autem circumflexus, nec articularis, neq; varius; ſed omnino firmus, ſolidus, & cõtinuatus in vna, eademq; nota, vʒ. fa, in qua nota, ſemper teneri debet cantus, vſq; ad ultimum verbũ in fine clauſulæ perfectę; vbi ipſius vltimi uerbi ſyllaba penultima, aliquantulum pauſatur quaſi geminetur; Et ultima ſyllaba deprimitur ad notam alterius, fa, quæ eſt quinta deſcendens: Et ſic omnes clauſulæ lectionum, Euangeliorum huiuſmodi, & Homiliarum, inchoãtur, mediãtur, & finiuntur, vʒ.


¶ *Lectio.*




¶ *Euangelium.*



¶ *Homilia.*




Si autem penultima ſyllaba, prædictæ vltimę di-ctionis, eſſet breuis; tunc non in ipſa breui; ſed in ātecedēti fiat pauſa; quaſi geminata; hoc modo, vt.




¶ *De fine clauſulæ in dictione monoſyllaba.*

Si finis clauſulæ eſſet in dictione monoſyllaba, tunc vltima ſyllaba antecedentis dictionis, deprimetur ad notam, re, & ipſa monoſyllaba, quæ eſt finalis, tollitur ad eamdem notam, fa, videlicet.



¶ *De fine clauſulæ in dictione* Hebræa.


Quod ſi vltima clauſulæ dictio ſit nomen Hebraicum; tunc ipſum nomen Hebraicum ſic terminabitur, vt de monoſyllaba dictum eſt, videlicet.



¶ *De fine clauſulæ in ſenſu interrogatiuo.*


Si finis clauſulæ ſit in ſenſu interrogatiuo, tunc ipſa

ipſa quidem tota clauſula, intonatur per fa, fa, vt ſupra; ſed ante ſyllabam finalem, tres aut quattuor ſyllabæ deprimuntur à prædicto, fa, ad mi, & omnes per ipſam notam intonantur; vltima vero pauſatur, quaſi per duas notas: quarum una erit mi, mi, dupplicata, & alia extolletur ad eãdem notã fa, vt.



¶ *De fine lectionum, & Homiliarum.*


Finis lectionum, Euangeliorum, & Homiliarum matutinalium, idem eſt in omnibus; & per omnia, ſicut in quolibet fine clauſularum prædictarum: ſiue illa clauſula finiatur in dictione monoſyllaba ſiue in interrogatiua, ſiue in Hebræa, ut ſupra dictum eſt videlicet.



¶ *De concluſione lectionum, & Homiliarum.*

Omnium lectionum, & Homiliarum concluſiones, ideſt, *Tu autem Domine miſerere noſtri*, vel *nobis*; uno atq; eodẽ modo, & tenore finiũtur, ut infra: quamq̃ aliqui

aliqui aliter ſentiant; ꝙ æquali modo intonetur. videlicet ſicut finis cuiuslibet clauſulæ; non tamen monoſyllabæ, nec dictionis Hebrçæ; nec ſenſus interrogatiui. Sed ego meo tempore realiter uidi, ꝙ omnes, tam Papa, & Cardinales, quàm alii omnes docti officiales cappellæ huiuſmodi lectiones cantantes, maxime magiſtris ipſis cerimoniarum demonſtrantibus, ſic intonarunt, vt infra, v3.



F I N I S.

DEO OPT. MAX. BENE SVGGERENTI

LAVS, ET HONOR.

E R R A T A.

Fol. 1. lin. 8. Preſbiterum/Presbyterum, ſic ſemper. ibidem à tergo lin. 24. cuſtodicendoq;/cuſtodiendoq;. 2. lin. 12. lucidiſsiimi/lucidiſsimi. lin. 13. clariſsiima/clariſſima, à tergo lin. 13. ennumerem/enumerem. 4. lin. 6. ac/hac. 9. lin. 12. chyrotecam/chirothecam, ſic ſemper. 17. lin. 14. pteciosa/pretioſa, ſic ſemper. 20. à tergo lin. 11. non in miſſis/non ita cõgrue in miſsis. 22. lin. 16. ſiue/ſine. 26. à tergo lin. 13. bracchio/brachio, ſic ſẽper. 27. lin. antep. reliqui/aliqui. 28. lin. 25. fecit/facit. à tergo lin. antepe. accederet/accederes. 31. lin. 25. preſenres/præſentes. 35. lin. 22. vel ſex ſeruientium/vel ſex palmis. 39. lin. 16. deſignãtur/deſignatur. 42. lin. 1. apoſtolica/ampla. 47. lin. 14. Incenſantur/incenſatur. à tergo lin. 4. faciente/facienti. 48. à tergo lin. 23. propterea/præterea, 49. lin. 2. cantantur/cantatur. 58. lin. 15. Tnm/tum, 69. lin. 7. ſubſtinentes/ſuſtinentes, ſic ſemper. 70. lin. 24. altate/altare. 71. lin. 9. Subdiaconns/Subdiaconus, 72. lin. 7. ommiſsis/omiſsis, 104. lin. 11. Cardnlem/Cardinalem. 110, à tergo lin. vltima quia/niſi quod. 111. lin. 18. candelabus/candelabris. 117. lin, 25. alioqnin/alioquin. 126. lin. 24. eſſe/etiam. 127. lin. 7. fere/ferre. 130. lin. 21. &/vt. 149. lin. 27. cantantur/cantentur.

Index Capitulorum Primi Libri.

De cerimoniarum inuentione, & cauſa uſus illarum. folio. 3.

De magiſtri cerimoniarum deputatione, ac de cura, et diſciplina illius. 5.

De ſilentio, & attentione omnium, ac moderatione, celebrantis, & miniſtrorum. 7.

De numero, & qualitate miniſtrorum Cardinalis celebrantis, ac ordine, & loco ſingulorum. 8.

De officio Diaconi in miſſa Epiſcopi Bononien. Cardinalis. 9.

De officio Subdiaconi 12.

De officio primi cappellani presbyteri Aſſiſtentis. 14.

De officio ſecundi cappellani baculum paſtoralem miniſtrantis. 15.

De officio tertij cappellani mitram miniſtrantis. 16.

De officio quarti cappellani librum miniſtrantis. 17.

De officio quinti cappellani thuribulum, & nauiculã miniſtrantis. 18.

De officio ſexti cappellani, gremiale miniſtrantis. 18.

De officio ſeptimi cappellani ampullas miniſtrantis. 18.

De duobus cappellanis candelabra miniſtrantibus. 19.

De officio cappellani intimãtis hymnum Angelicum, ac ſymbolum in miſſa, & antiphonas in ueſperis; nec non de ordine cantantium ipſas; et de diſciplina intimandi. 19.

De numero, & qualitate, ac officio credentiariorum. 21.

De Organiſta, & ſeruandis per ipſum. 21.

De ha[illegible]itu eccleſiaſtico canonicorum Cardinali celebrante, & non cele[illegible]rante. 22.


De di[illegible]rum canonicorum aſſiſtentia apud Cardinalem celebrantem, [illegible]eu non celebrantem. 23.

D[illegible]s canonicorum ante Cardinalem Epiſcopum, quando, qualiter, & [illegible]uotiens fiendis. 24.


[illegible]rum loco apud Epiſcopum ſuum, quando ſcilicet antecedunt, uel ſequuntur. & ſi quis ex eis Prælatus eſt apoſtolicus ubi in pro-

ceſſione,choro,& capitulo maneat:ac quando clerus magiſtratum praecedat. 25.
De reuerentijs,ac genuflexionibus omnium intra rem diuinam. 27.
De ſeſſionibus,& ſurrectionibus in choro,qñ,qualiter;ac quo ordine. 30
De oſculationibus in manu Cardinalis,& in rebus ipſi dandis,accipiendisq; ab eodem. 31.
De uſu mitrarum pretioſae,aut ſimplicis,& quis illam cum bireto ponit,& deponit. 32.
De numero luminarium altaris,credentiae,& totius tribunae celebrante Epiſcopo Cardinali. 32.
De his, qui intra tribunā admitti poſſunt,& de cuſtodia ipſius Cardinali celebrante. 33.
De ſacramento corporis Chriſti ex tribuna amouendo,dum Epiſcopus ibidem celebrat. 34.
De poſitione credentiae,ſiue abaci ac qualitate,& ornatu eius;ac utenſilibus deſuper locandis. 35.
De pulpito,ſeu legili pro epiſtolis,euangelijs,alijsq; cantandis,ubi,& qñ poni;ac quoties nudari,ſeu cooperiri debeat.Item de capitulis,& orationibus ueſperalibus,ubi cantari debeant. 36.
De regulari poſitione,& ornatu altaris,& paramentis,tam celebrantis,& ubi,q; miniſtrorum; et alijs requiſitis diſponendis. 38.
De faldiſtorio,& eius poſitione. 39.
De ſede Legati,& eius poſitione. 40.
De ſede Cardinalis Bonon. Epiſcopi non celebrantis. 41.
De diuerſitatibus antelationum inter Cardinales,& Praelatos in [illegible]rum Eccleſiis,nec non de habitu,ac colore capparum,quibus [illegible],ac quando Cardinales.& Praelati tam intra,q; extra rem [illegible]nautantur apud Eccleſias ſuas. [illegible]2.
De locis officialium Bononien.ac Oratorum ibidem exiſtentium,& Praelatorum;

latorum; ac Quadraginta Conſiliariorum regiminis Bononieñ. 45.
De Suffraganeo Cardinalis Bononieñ. Epiſcopi, et loco, habituq́; ac præ eminentijs, & diſciplina eiusdem tã in præſentia, q́; in abſentia Cardinalis ſeruañ. 46.
De epiſtola ubi, & qualiter Cardinali celebrante cantanda; & de graduali ſolo, quando per ipſum legendo, & de tonis eorum, quæ inter epiſtolam, & Euangelium cantantur à choro. 48.
De Euangelio cantando ubi, & qualiter, ac pro quibus euangelijs præſamur uerſum, uidelicet In illo tempore. 49.
De ſermone intra miſſam fienda, & quotiens intra annum. 50.
De confeſſione intra miſſam cantanda, & abſolutione, & indulgentia poſt ſermonem populo ſolemniter dandis, & per quem; & de forma confeſſionis, & indulgentiæ prædictæ. 51.
De benedictione Epiſcopali qualiter, & ubi danda; ac per quem. 53.
De præeminentijs honorum Legato, ac Epiſcopo Cardinali Bonoñ. ſimul in miſſa præſentibus; 54.
De iunctura & diſiunctura, ac eleuatione, & retentione manuum celebrantis. 55.
De uolutionibus celebrantis ad populum, & reuolutionibus ad altare eiuſdem ſtantis apud illum, ſiue apud faldiſtorium: Et de oſculationibus altaris ſine ſigno crucis. 56.
De oblatione nauiculæ, & thuribuli pro incenſo benedicendo, & ponẽdo; & de forma benedictionis eiusdem. 56.
De incenſatione altaris, & oblatorum, ac celebrantis fienda, tam ſemel in ueſperis, q́; bis in miſſa. 58.
De incenſatione Legati, & per quẽ, ac quomodo. 60.
De incenſatione magiſtratus, oratorumq́; ac Prælatorum, & totius chori, ac per quem, & quo ordine. 61.
De pace danda cum ſua diſciplina, & per quem. 62.




Quando clauſula eſſet tantum trium ſyllabarũ, aut etiam duarum, vt in Euangelio feriæ tertiæ poſt Paſcha: ibi, *Pax uobis. Ego ſum,* tunc ſic cantari debet,




¶ *Monoſyllaba.*

Quod ſi vnicæ dumtaxat ſyllabæ eſſet clauſula, vt in Dominica tertia de Aduẽtu, ibi *Et reſpondit non*; tunc ſic cantatur, videlicet.



¶ *Finis Euangelij.*


Cęterum finis omnium Euangeliorum, ita cantari ſolet, v3. *Ibi eum uidebitis, ſicut dixit uobis.*



Quo


Quomodo cantatur uerſus ℣. Humiliate capita ueſtra Deo.

In die cinerum in omnibus Eccleſiis, & locis, vbi miſſa de feria in Quadrageſima cantatur; quinq; orationibus poſt communionem cantatis, & ante orationem ſextam, quę ſupra populum dicitur, Diaconus Euangelii ad ipſum populum adhuc in genuflexione manentem, cantat hunc verſum, ℣. *Humiliate capita ueſtra Deo.* Pro quo tamen illud ſcias, ꝙ concluſio quintæ orationis non eſt ℣. *Per omnia ſæcula ſæculorum*, vt multi ignoranter dicunt, ſed debet tota longa dici, ℣. *Per Dñm noſtrum* IESVM *Chriſtum filium tuum, qui tecũ uiuit, & regnat in unitate ſpiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum*: Deinde poſt reſponſum *Amen*, Diaconus cantat uerſum ſequentem, ℣. *Humiliate capita ueſtra Deo*, qui ſic cantatur.




De tonis uerſuum, & lectionum in matutinis noctis Natalis Domini noſtri IESV Chriſti.


Hic eſt tonus, qui cõmuniter obſeruatur in cappella Papali, pro uerſibus, abſolutionibus, & benedictionibus pro officio matutinarum noctis Natalis Domini noſtri IESV Chriſti, tam per Papam, ꝙ Cardinales, & alios omnes, excepto cantorum choro, decantandis, & primo



Domine labi a me a a pe ri es Reſ. Et os meum.etc.




Deus in a diu to rium meum in ten de.




Pater noſter Verſ. Et ne nos inducas in temptationem.


¶ Prima abſolutio.




Exaudi Domine Ieſu Chriſte preces ſeruorum tu o rum




& miſe re re no bis, Qui cum patre, & ſpi ri tu ſancto




uiuis, & regnas in ſæ cu la ſæ cu lorum Reſ. Amen.




¶Prima benedictio.





¶Secunda benedictio,







¶Tertia benedictio







¶ *Secunda abſolutio.*









¶ *Quarta benedictio.*




¶ *Quinta benedictio.*




¶ *Sexta benedictio.*




¶ Tertia abſolutio.







¶ Septima benedictio.



¶ Octaua benedictio




¶ Nona benedictio.




De tonô lectionum, & Euangeliorum, ac Homiliarum, matutinalium.

Lectionum, & Euangeliorum matutinalium, & Homiliarũ, unus, atq; idẽ tenor, ſiue tonus eſt planus, & æqualis; non autem circumflexus, nec articularis, neq; varius; ſed omnino firmus, ſolidus, & cõtinuatus in vna, eademq; nota, v3. fa, in qua nota, ſemper teneri debet cantus, vſq; ad ultimum verbũ in fine clauſulæ perfectæ; ybi ipſius vltimi uerbi ſyllaba penultima, aliquantulum pauſatur quaſi geminetur; Et ultima ſyllaba deprimitur ad notam alterius, fa, quæ eſt quinta deſcendens: Et ſic omnes clauſulæ lectionum, Euangeliorũ huiuſmodi, & Homiliarum, inchoãtur, mediãtur, & finiuntur, v3.


Lectio.




Euangelium.



Homilia.




Si autem penultima ſyllaba, prædictæ vltimę dictionis, eſſet breuis; tunc non in ipſa breui; ſed in ãtecedẽti fiat pauſa; quaſi geminata; hoc modo, vȝ.




De fine clauſulæ in dictione monoſyllaba.

Si finis clauſulæ eſſet in dictione monoſyllaba, tunc vltima ſyllaba antecedentis dictionis, deprimetur ad notam, re, & ipſa monoſyllaba, quæ eſt finalis, tollitur ad eamdem notam, fa, videlicet.



De fine clauſulæ in dictione Hebræa.


Quod ſi ultima clauſulæ dictio ſit nomen Hebraicum; tunc ipſum nomen Hebraicum ſic terminabitur, vt de monoſyllaba dictum eſt, videlicet.



De fine clauſulæ in ſenſu interrogatiuo.

Si finis clauſulæ ſit in ſenſu interrogatiuo, tunc ipſa

ipſa quidem tota clauſula, intonatur per fa, fa, vt ſupra; ſed ante ſyllabam finalem, tres aut quattuor ſyllabæ deprimuntur à prædicto, fa, ad mi, & omnes per ipſam notam intonantur; vltima vero pauſatur, quaſi per duas notas: quarum una erit mi, mi, dupplicata, & alia extolletur ad eãdem notã fa, vt.



De fine lectionum, & Homiliarum.


Finis lectionum, Euangeliorum, & Homiliarum matutinalium, idem eſt in omnibus; & per omnia, ſicut in quolibet fine clauſularum prædictarum: ſiue illa clauſula finiatur in dictione monoſyllaba ſiue in interrogatiua, ſiue in Hebræa, ut ſupra dictum eſt videlicet.



De concluſione lectionum, & Homiliarum.

Omnium lectionum, & Homiliarum concluſiones, ideſt, *Tu autem Domine miſerere noſtri*, vel *nobis*; uno atq; eodẽ modo, & tenore finiũtur, ut infra: quamq̃ aliqui

aliqui aliter ſentiant; ꝙ æquali modo intonetur. videlicet ſicut finis cuiuslibet clauſulæ; non tamen monoſyllabæ, nec dictionis Hebrææ; nec ſenſus interrogatiui. Sed ego meo tempore realiter uidi, ꝙ omnes, tam Papa, & Cardinales, quàm alii omnes docti officiales cappellæ huiuſmodi lectiones cantantes, maxime magiſtris ipſis cerimoniarum demonſtrantibus, ſic intonarunt, vt infra, vȝ.



FINIS.

DEO OPT. MAX. BENE SVGGERENTI

LAVS, ET HONOR.

E R R A T A.

Fol. 1. lin. 8. Presbiterum/Presbyterum, ſic ſemper. ibidem à tergo lin. 24. cuſtodicendoq;/cuſtodiendoq;. 2. lin. 12. lucidiſsiimi/lucidiſsimi. lin. 13. clariſsiima/clariſſima, à tergo lin. 13. ennumerem/enumerem. 4. lin. 6. ac/hac. 9. lin. 12. chyrotecam/chirothecam, ſic ſemper. 17. lin. 14. pręcioſa/pretioſa, ſic ſemper. 20. à tergo lin. 11. non in miſſis/non ita cõgrue in miſsis. 22. lin. 16. ſiue/ſine. 26. à tergo lin. 13. brachio/brachio, ſic ſẽper. 27. lin. antep. reliqui/aliqui. 28. lin. 25. fecit/facit. à tergo lin. antepe. accederet/accederes, 31. lin. 25. preſenres/præſentes. 35. lin. 22. vel ſex feruientium/vel ſex palmis. 39. lin. 16. deſignātur/deſignatur. 42. lin. 1. apoſtolica/ampla. 47. lin. 14. Incenſantur/incenſatur. à tergo lin. 4. faciente/facienti. 48. à tergo lin. 23. propterea/præterea, 49. lin. 2. cantantur/cantatur. 58. lin. 15. Tnm/tum, 69. lin. 7. ſubſtinentes/ſuſtinentes, ſic ſemper. 70. lin. 24. altate/altare. 71. lin. 9. Subdiaconns/Subdiaconus, 72. lin. 7. ommiſsis/omiſsis, 104. lin. 11. Cardnlem/Cardinalem. 110, à tergo lin. vltima quia/niſi quod. 111. lin. 18. candelabus/candelabris. 117. lin, 25. alioqnin/alioquin. 126. lin. 24. eſſe/etiam. 127. lin. 7. fere/ferre. 130. lin. 21. &/vt. 149. lin. 27. cantantur/cantentur.

Index Capitulorum Primi Libri.

De cærimoniarum inuentione, & cauſſa uſus illarum. folio. 3.
De magiſtri cerimoniarum deputatione, ac de cura, et diſciplina illius. 5.
De ſilentio, & attentione omnium, ac moderatione, celebrantis, & miniſtrorum. 7.
De numero, & qualitate miniſtrorum Cardinalis celebrantis, ac ordine, & loco ſingulorum. 8.
De officio Diaconi in miſſa Epiſcopi Bononień. Cardinalis. 9.
De officio Subdiaconi 12.
De officio primi cappellani presbyteri Aſſiſtentis. 14.
De officio ſecundi cappellani baculum paſtoralem miniſtrantis. 15.
De officio tertij cappellani mitram miniſtrantis. 16.
De officio quarti cappellani librum miniſtrantis. 17.
De officio quinti cappellani thuribulum, & nauiculã miniſtrantis. 18.
De officio ſexti cappellani, gremiale miniſtrantis. 18.
De officio ſeptimi cappellani ampullas miniſtrantis. 18.
De duobus cappellanis candelabra miniſtrantibus. 19.
De officio cappellani intimãtis hymnum Angelicum, ac ſymbolum in miſſa, & antiphonas in ueſperis; nec non de ordine cantantium ipſas; et de diſciplina intimandi. 19.
De numero, & qualitate, ac officio credentiariorum. 21.
De Organiſta, & ſeruandis per ipſum. 21.
De habitu eccleſiaſtico canonicorum Cardinali celebrante, & non celebrante. 22.
De di[illegible]rum canonicorum aſſiſtentia apud Cardinalem celebrantem, ſeu non celebrantem. 23.
D[illegible]s canonicorum ante Cardinalem Epiſcopum, quando, qualiter, & [illegible]otiens fiendis. 24.
[illegible]orum loco apud Epiſcopum ſuum, quando ſcilicet antecedunt, uel ſequuntur, & ſi quis ex eis Prælatus eſt apoſtolicus ubi in pro-

ceſſione, choro, & capitulo maneat: ac quando clerus magiſtratum præcedat. 25.
De reuerentijs, ac genuflexionibus omnium intra rem diuinam. 27.
De ſeſſionibus, & ſurrectionibus in choro, quã, qualiter; ac quo ordine. 30
De oſculationibus in manu Cardinalis, & in rebus ipſi dandis, accipiendisq; ab eodem. 31.
De uſu mitrarum pretioſæ, aut ſimplicis, & quis illam cum bireto ponit, & deponit. 32.
De numero luminarium altaris, credentiæ, & totius tribunæ celebrante Epiſcopo Cardinali. 32.
De his, qui intra tribunã admitti poſſunt, & de cuſtodia ipſius Cardinali celebrante. 33.
De ſacramento corporis Chriſti ex tribuna amouendo, dum Epiſcopus ibidem celebrat. 34.
De poſitione credentiæ, ſiue abaci ac qualitate, & ornatu eius; ac utenſilibus deſuper locandis. 35.
De pulpito, ſeu legili pro epiſtolis, euangelijs, alijsq; cantandis, ubi, & quã poni; ac quoties nudari, ſeu cooperiri debeat. Item de capitulis, & orationibus ueſperalibus, ubi cantari debeant. 36.
De regulari poſitione, & ornatu altaris, & paramentis, tam celebrantis, & ubi, q; miniſtrorum; et alijs requiſitis diſponendis. 38.
De faldiſtorio, & eius poſitione 39.
De ſede Legati, & eius poſitione. 40.
De ſede Cardinalis Bonoñ. Epiſcopi non celebrantis. 41.
De diuerſitatibus antelationum inter Cardinales, & Prælatos in [illegible]rum Eccleſiis, nec non de habitu, ac colore capparum, quibus [illegible], ac quando Cardinales. & Prælati tam intra, q; extra rem [illegible]nũtantur apud Eccleſiã ſuas. [illegible]2.
De locis officialium Bononieñ. ac Oratorum ibidem exiſtentium, & Prælatorum;

latorum; ac Quadraginta Conſiliariorum regiminis Bononień. 45.
De Suffraganeo Cardinalis Bononień. Epiſcopi, et loco, habituq́; ac præeminentijs, & diſciplina eiusdem tā in præſentia, q̄; in abſentia Cardinalis ſeruań. 46.
De epiſtola ubi, & qualiter Cardinali celebrante cantanda; & de gradualiſolo, quando per ipſum legendo, & de tonis eorum, quæ inter epiſtolam, & Euangelium cantantur à choro. 48.
De Euangelio cantando ubi, & qualiter, ac pro quibus euangelijs præſumur uerſum, uidelicet In illo tempore. 49.
De ſermone intra miſſam fienda, & quotiens intra annum. 50.
De confeſſione intra miſſam cantanda, & abſolutione, & indulgentia poſt ſermonem populo ſolemniter dandis, & per quem: & de forma confeſſionis, & indulgentiæ prædictæ. 51.
De benedictione Epiſcopali qualiter, & ubi danda; ac per quem. 53.
De præeminentijs honorum Legato, ac Epiſcopo Cardinali Bonoń. ſimul in miſſa præſentibus; 54.
De iunctura & diſiunctura, ac eleuatione, & retentione manuum celebrantis. 55.
De uolutionibus celebrantis ad populum, & reuolutionibus ad altare eiuſdem ſtantis apud illum, ſiue apud faldiſtorium: Et de oſculationibus altaris ſine ſigno crucis. 56.
De oblatione nauiculæ, & thuribuli pro incenſo benedicendo, & ponēdo; & de forma benedictionis eiusdem. 56.
De incenſatione altaris, & oblatorum, ac celebrantis fienda, tam ſemel in ueſperis, q̄; bis in miſſa. 58.
De incenſatione Legati, & per quē, ac quomodo. 60.
De incenſatione magiſtratus, oratorumq́; ac Prælatorum, & totius chori, ac per quem, & quo ordine. 61.
De pace danda cum ſua diſciplina, & per quem. 62.

Capitula Secundi Libri.

DE acceſſu Cardinalis ad Eccleſiam, & de hora tertiarū ſolēniter per ipſum cantanda, & de parando interim Cardinali celebraturo, ac omnibus miniſtris, & canonicis tā in presbyterio, q̄ in ſacriſtia. 65.

De parandis Diacono, & Subdiacono, et Aſſiſtente, quando, qualiterúe, ac ubi. 68.

De initio, & proſequutione miſſæ ſolemnis per Epiſcopum Cardinalem cantandæ. 69.

De omnibus, & ſingulis ſimul collectis cerimoniis, quibus ſolus celebrans in ſua miſſa tum dicto, q̄; facto utitur. 75.

De ueſperis per Cardinalem aut in die tantum, aut in uigilia tantum celebrādis, et de præparādis pro ueſperis, et de paramētis miniſtrorū. 84.

De acceſſu Cardinalis ad ueſperas, & quomodo, ac qn̄ paretur pro illis. Necnon de fimbriis pluuialis ſubleuandis, ac per quos, & qn̄. 85.

De pronūtiatione duorum uerborum. ſ. Pater noſter, quod eſt principium Dñicæ orationis, qn̄, & qualiter alte ne, an tacite fieri debeat. 86.

De capitulis ueſperarum, & tertiarum, per quem, & ubi cantandis. 87.

De initio ueſperarum ſolemnium per Cardinalem celebrandarum. 87.

De antiphonis, pſalmodiaq;, ac hymno cantandis, & per quos. 88.

De cantico Magnificat, & de incenſatione altaris, & celebrantis, ac aliorum per quem, & qualiter. 89.

De oratione ueſperali, & de luminaribus pro illa cantanda adhibendis, & qualiter. 89.

De benedictione ſolemni dāda in fine ueſperarum, abſq; indulgētia 90.

De miſſa, & ueſperis per Prælatum pontificaliter in præſentia Cardinalis, & de diſciplina, ac delationibus celebrantis Prælati aduerſus Cardinalem. 90.

De cerimoniis in miſſa ſolemni per aliquem nō Prælatum coram Cardinali cantanda: Et primo de altaris præparatione. 91.

De ſede Cardinalis non celebrantis, ſed diuino officio præſentis. 92.

De locis Prælatorum, & aliorũ nobilium officio præſentium, & de maſ-
zerio Cardinalis cuſtodiente tribunam. 92.
De horis canonicis ante acceſſum Cardinalis non celebrantis, cantandis,
& ob quam cauſam. 93.
De paramentis altaris, & celebrantis, ac miniſtrorum. 93.
De cappellanis miſſæ ſeruientibus, & eorum numero. 94.
De aduentu, & habitu Cardinalis rem diuinam audituri. 94.
De agendis per Cardinalem non celebraturum, ante altare. 94.
De cerimonijs per D. Cardinalem Eccleſiæ Bonoñ. adminiſtratorem,
ſeu commendatarium; & non in Epiſcopali, nec presbyterali, ſed Dia
conali ordine conſtitutũ, tam intra, q̃; extra rem diuinã ſeruandis. 95.
De incenſando ſolo altari, & Sacramento in principio miſſæ non pon-
tificalis. 97.
De libro miſſali ante Cardinalem Epiſcopum, ſeu Legatum, & ante al-
terũ, uel neutrum in ipſis, ac in quibus officijs tenendo: Deq; legendis
ex eodem libro. 98.
De orationibus, ſiue collectis. 99.
De epiſtola coram Cardinali cantanda; & ubi. 100.
De Euangelio ſimiliter cantando; & ubi. 100.
De ſermone: confeſſione: et indulgẽtijs, ac bñdictione poſt Euangeliũ. 100
De ſymbolo, ideſt, Credo, quomodo, & quare dicatur. 101
De utenſilibus altaris, & miſſæ conſeruandis, ac ubi, & de eiſdem ad al
tare portandis, & quomodo: Necnon de patena tenenda, ac quali-
ter, & quando ad altare reportanda. 102.
De incenſatione generali omnium de Choro. 103.
De pace danda: & quomodo. 103.
De legendis poſt communionem per Cardinalem. 104.
De benedictione ſolemni, & indulgentia danda in fine miſſæ. 104.
De ueſperis in præſentiã Cardinalis Epiſcopi celebrandis. 104.

De matutinis in nocte Natiuitatis D.N. IESV Chriſti per Cardinalē Epiſcopum ſimul cum prima miſſa celebrandis. 105.
De eiſdem ſolis matutinis per Cardinalem ſed miſſa coram ipſo per aliũ cantandis. 110
De miſſa pontificali pro defunctis per Cardinalem cantanda. 111.
De eadem miſſa pro defunctis præſente Cardinali per aliũ: ſed abſolutione per Cardinalem cantanda, & de ſermone fiendo, qualiter, & quando. 114.
De Veſperis, & matutinis pro defunctis per Cardinalem agendis. 114
De benedictione, & diſtributione candelarũ in die purificationis. 115
De officio, & benedictione, ac impoſitione cinerum, in die prima Quadrageſimæ. 119.
De officio benedictionis, & diſtributionis palmarum, ac proceſſionis per Cardinalem; ſed de miſſa coram eo fienda. 121.
De matutinis tenebroſis intra ſanctã hebdomadam, præſente Cardinali, & officium faciente. 123.
De miſſa per Suffraganeum, ſed de proceſſione pro ſacramento per Cardinalem reponendo in Cœna Domini. 126.
De officio Paraſceue coram Cardinali agendo. 129
De officio, & miſſa in ſabbato ſancto præſente Cardinali. 133.
De cõione generali, ac ſolẽni per Cardinalē in die Paſchæ fienda. 139.
De diuerſis tonis orationum, quæ cantãtur tam in miſſis; & ueſperis ſolemnibus, ferialibus, & pro defunctis, q̃; in alijs officijs: necnon de tonis epiſtolarum & euangeliorum, ac lectionum, & aliorum, quæ cãtantur intra totum annum. 141.

FINIS TABVLAE.

ROMAE.
Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralē

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE